Notitia bre(ve) ad memmoria adbemda, qualiter imfra civ. Lue., im palatio Petri ep., qui est de eccl. episschopatui S. Martini Luc., presemchia bonoru omminum coru nommina super legumtut, Petrus et Paulo not. et Vuarneri gg. ff. b. m. Bambi per virgha, quas im suoru detinuerunt manibus, dederunt et tradiderunt adque reflutaverunt in manum Gherardi presb., q. est custode et rectores de osspitale illo, qui est posito et diffichato imfra civ. Luc. prope eccl. S. Alexamtri et prope muro istius civ. et est de sup regimminem et potestatem de eccl. et chamonicha predicti S. Martini, illo palliareto et canneto seo saliceto, qui fuit qd. Vuidi, q. fuit g. eoru, et qd. Vualderade, qui fuit comius sua, qui esse videtur im l. et fin. u. d. im Fomdura et est prope fluvio Ausere, qui Vuido et Vualderada ad osspitale derunt et iudichaverunt pro animabus eoru remedium; ut abeant et teneant predicto custode et rectores vel eius successores ad pars osspitale; et spoponderunt se ipsis Petrus et Paulo seo Vuarnieri gg. aduersus eodem Gherardo, quod si umquam per se vel per eoru ereditibus de palliareto et canneto seo saliceto imtemtionasserunt, componere debeant penam, arig. lib. v. Umde Gherardo fecit eorumdem gg. launechild meritum, anulo uno de auro confirmandum iusta legem presemchia: Petri ep., Donusdei missus imp., Roberti iudex sacri pal., Ughi chausidieus, Gherardi f. b. m. Mori, Vuigelmi f. b. m. Sighifridi, Vuidi f. b. m. Immillie et reliquis. A. MLXXXVI, xv kal. dee., ind. x. Gherardo q. ibi fuit, Vuigello et Vuido q. ibidem fuerunt. Sighinulfus not. imp.

*Originale: E. 29. Bertini, IV, par. II, 155, n. CIX.*

493.

*18 Dicembre 1086.*

« Morus presb. f. condam Gerardi obtulit Luc. capitulo unam petiam terre positam prope plebem S. Macarii u. d. ad

Sala; ut continetur manu Singnorecti not. (A.) M<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>XVI<sup>o</sup>, xv<sup>o</sup>  
kal. Ianuarii ».

*Regestum B, c. 79 v.; Regestum A, c. 5, scrittura di mano coeva. Nel Reg.  
A: Offersio a Moro presb. canonice S. Martini de vinea u. d. Sala etc., unde red-  
debantur XXIII star. musti.*

494.

*Lucca, 27 Marzo 1087.*

A. MLXXXVII, vi kal. apr., ind. x. Nos Guidus f. b. m. Seniorecti et Kara iugalibus filia b. m. Guillielmi, ego Kara consentiente michi vir meus, ubi interesset videtur notitia Uberti iudicis imp., ad quo interrogata sum sequenter etdicti paginam, per hanc cartula pro animabus nostris remedium et pro remedium animarum suprascripti Guillielmi seo anime Ildebrandi, q. fuit g. meo Kara, et pro sol. cc den. Luc. monete offerrimus tibi eccl. et mon. Beatorum Sanctorum Michaelis et Donati et Apolenari, que est posita sito loco Quiesa, idest casalino, in qua fuit cassina et curte donicata suprascripti qd. Guillielmi, seo curte et orto et campo seo vinea et silva et bosco insimul, in l. et fin. Massagrosi u. d. \* \*, una cum terribus, cassinis et rebus massariciis in suprascripto l. Massagrosi; unam que recta fuit per qd. Ilditio massario, alia per qd. Dominico dal Poio, tertia u. d. a Goro, quas recta fuit per \* \*, que sunt de pertinentia de suprascripta curte donicata, quas michi Kara obveni ex parte suprascripti qd. Ildebrandi g. meo. Simulque offerrere previdemur homnibus casis et cassinis et casalinis et terris seo rebus cultis et incultis, donicatis et massariciis in suprascripto l. Massagrosi et in eius fin., quas fuerunt suprascripti qd. Guillielmi et suprascripti qd. Ildebrandi. Exceptamus et anteponimus casa, q. est in castrum de predicto l. Massagrosi et petiolis de terris, q. sunt supra ipso castrum, quod aquisivi suprascripto Ildebrandus, que non detinuit pater eius. Aliis homnibus suprascriptis casis etc. offerrere previdemur, ut hab odierna die in ipsius eccl. et mon. sint iure proprietatis et sint in potestate de abate et monaci, quas in mon. ordinati fuerint et ibi officium Dei fecerint, eas abendi et usofructua[ndi]. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Guidi et Kare, Guido con[ius] sue consensi. S. m. Lamberti f. b. m. Guidi t. S. Henrichi f. Burge t. S. m. Hughii qd. \* \* et Guietoni f. Bonie tt. Raineri not. imp.

*Originale: L. 146. Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV: [Offersio ?]  
de cassinis et terris (?) [...], quas vendidit abbatia de Quiesa sol. v Martino (?).*

495.

*Lucca, 27 Marzo 1087.*

A. MLXXXVII, vi kal. apr., ind. x. Nos Guidus f. b. m. Seniorecti et Kara iugalibus filia b. m. Guillielmi, ego Kara con-

sentiente michi vir meus, ubi interesset videtur notitia. Uberti iudex imp., ad quo interrogata sum sequenter etdicti paginam, per hanc cartula dare et tradere videmur tibi Rainierius abbas eccl. et mon. Beatorum Sanctorum Michaelis Archangeli et Donati et Apolenaris, ad partem predicte eccl., una petia de terra, quod est vinea et campo insimul, in l. et fin. Scleto prope eccl. S. Michaelis, tenentem: unum caput in terra \* \*, aliut in terra Ubertelli qd. Tederelli et in terra Albertucci g. mei Guidus, latus unum in terra Bonaldi cl. g. mei, aliut in terra de filiis qd. Baccari, q. fuit g. meo, et de genitrice eorum. Est ad pert. mensurata mod. 1 et dimidium; et si amplius de nostro iure inventa fuerit, tibi eas dare et tradere videmur. Recepimus meritum, anulum unum aureum ad Lambertus qd. Guidi pro persona tua Rainierius. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Guidi et Kare, Guido conius sue consensi. S. m. Lamberti f. suprascripti b. m. Guidi t. S. m. Henrichi f. Burge t. S. m. Hugh qd. \* \* et Guictoni f. Bonie tt. Rainieri not. imp.

*Originale: L. 119. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Rainieri: Ista cartula est facta in eo tinore, quod si deinceps in antea dannietatem evennerit per legem ad suprascripta eccl. et mon. vestro vel ad eius rectorem de casis et terris et rebus, q. sunt in l. et fin. Massagrosi, quas fuerunt qd. Guillielmi, q. fuit genitor meus Kara, aut que fuere qd. Ildebrandi, q. fuit g. meo, et fuit predicti qd. Guillielmi filius, unde nos iugalibus in suprascripta eccl. et mon. cartula fecimus, quod infra dies xxx quos rectorem predicte eccl. nobis vel ad nostris ereditibus asciere fecerit, ipsa dannietatem ad partem predicte eccl. emendare habemus per bonam fidem, si rectorem recipere voluerit. Exceptamus si evenerit per ingenium abati vel monaci predicte eccl. et si suprascripta res predicta eccl. perdiderit sine ingenio abatorum vel monachorum, quod infra dies xxx, quod nobis de pars eccl. inquisitum fuerit, quod nos ad eccl. et mon. rendere habemus per bonam fidem sol. cc den. Luc., xii den. per singulos sol. rationatos. Si nos taliter non fecerimus, suprascripta petia de terra, q. est campo et vinea insim[ul], a proprietario nom. sit de eccl. et mon. absque calumnia.*

496.

30 Aprile 1087.

« Libellum datum a Petro canonico S. Martini Tuscano qd. Petri<sup>1</sup> de duobus portionibus unius petie terre u. d. Piagiule<sup>2</sup> prope Pratum Marchionis<sup>3</sup> pro viii star. grani et viii fabarum; que tenet: caput in via publica, alterum in terra q. fuit Rustici, latus in terra S. Martini, alterum in terra Emmi.<sup>4</sup> A. Domini M octuagesimo VII<sup>o</sup>. »<sup>5</sup>

*Regestum A, c. 32; Regestum B, c. 51.*

<sup>1</sup> *Il Reg. B aggiunge:* fabri <sup>2</sup> *Il Reg. B ha:* Placule <sup>3</sup> *Il ms. aggtunge:* idest S. Donati <sup>4</sup> *Il Reg. B:* qui dicitur del Marchione <sup>5</sup> *Il Reg. B ha:* Manu Pauli not. (A.) m<sup>o</sup> octuagesimo septimo, prid. kal. madii. <sup>5</sup> *Il Reg. B aggiunge:* Quam (terram) modo tenet, ut videtur, Palia de Classo et consortes, ad reddendum star. xii grani et star. xii fabarum.

497.

*Compito (Lucca), 11 Gennaio 1088.*

A. MLXXXVIII, III id. ian., ind. XI. Ego Vuictone f. b. m. Pagani per anc cartula vindo et trado tibi Boncio f. b. m. Bonii una petia de terra cum casa super se seo curte et orto totas insimul comprehensa, in l. et fin. Cumpito u. d. in Valle, tenentes: uno capo in via publica, alio cum uno lato in terra S. Petri, que d. Maiore, alio lato in terra tua. Recepi merito, cercello uno de auro. Pena dupli. Act. in suprascripto l. et fin. Cumpito. S. m. Vuictoni. S. m. Gerardi f. b. m. Vualtieri t. S. m. Huberti f. b. m. Lamberti t. S. m. Gerardini f. b. m. Puosi t. Sigefredus not. imp.

*Originale: F. 73.*

498.

*Porcari (Lucca), 27 Gennaio 1088.*

A. MLXXXVIII, VI kal. febr., ind. XI. Nos Lamberto et Rolamdo adque Gerardo seo Vuidone et Bonitio gg. ff. b. m. Lamberti per hanc cartula pro animabus nostris remedium iudicamus adque confirmamus in potestate vestra Pelegrinus not. f. b. m. Tassimanni et Bruno f. b. m. Gammelli seo Gogio f. b. m. Bellamdi omnia ex omnibus casis et cassinis seo casalinis simulque terris et rebus nostris in l. u. d. Saturno et in l. u. d. Campo Maiore et in l. Vecghiatobia et in l. Canova et in eorum fin. Seo iudicamus et confirmamus in potestate vestra nostra portionem de tres petiis de terris, quod sunt camporas, qui Raineri f. b. m. Corbi detinet da nobis; sicut invenitur per capitae et lateras et locas et vocabulas, competi tertiam portionem. Iudicamus, quatenus ut a presemti die, tam in vita nostra quam et post obito nostro, in vestra, tam vos totis insimul quam et quis ex vobis q. hunc iudicatum pre manibus abuerit, vel de vestris eredibus simt potestatem hec omnia eas abemdi et uno sine alio causas agemdi, seo vemdendi et dispemsamdi et iterum iudicamdi. Pena dupli. Act. in burgo quod d. Porcarii. S. m. Lamberti, Rolamdi, Gerardi, Vuidoni et Boniti. S. m. Vuillemi f. b. m. Vuillemi t. S. m. Alluccioni f. b. m. Alluci \* \* t. S. m. Tegrimi de l. suprascripto Porcarii f. b. m. Vuidi t. Lambertus not. imp.

*Originale: S. 9. Nel verso, da mano del sec. XI-XII: Cartula de filiis Lamberti de[...].*

499.

*Lucca, 10 Febbraio 1088.*

A. MLXXXVIII, IV id. febr., ind. XI. Nos Cico f. [b. m. Rustichi]<sup>1</sup> et Tamanta mulier ipsius Cichi et filia b. m. Mori, [ego] Tamanta consentientes mihi vir meus, ubi interesse videtur no-

titia [Petri iudicis sacri pal.], a quo interrogata sum sequenter edicti painam, per hanc cartula venumdamus et tradimus tibi Vuido f. b. m. Eriberti una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Greppo prope u. d. a Lappeta, quas mihi Cicho, per cartula in loco pingnoris scripta ex manibus Pauli not. sacri pal., ex comparatione opvenit ad Antonius cl. f. b. m. Raineri, et est tenentes ipse petia: uno caput in via publica, alio in terra S. Martini, latus uno in terra de filii qd. Ungari, alio in terra suprascripti Antonii cl., quas sibi reservavit. Est ad pert. mensuratas mod. uno et dimidio. In integrum una cum ipsa cartula tibi eas venundamus et tradimus. Recepimus meritum da Bono f. b. m. Bari pro persona tua, arg. pro sol. xxv. Repromictimus una cum nostris eredibus, tibi vel ad tuis eredibus, si nos vobis inn aliquod eas intentionaverimus, componere venditionem in duplum. Da aliis hominibus per vos ipsis eas defendere debeatis. Act. Luca. S. m. iugalibus, Cico conius sua consensi. Petrus iudex sacri pal. interfui. S. m. Lei faber f. b. m. \* \* t. S. m. Raimundi f. b. m. Vuialandi t. S. m. Pincei f. b. m. Vitali t. Heinrichus not. imp.

*Originale: Q. 62.*

<sup>1</sup> Cf. i regesti nn. 489, 505.

500.

*Lucca, 5 Marzo 1088.*

A. MLXXXVIII, III non. mar., ind. XI. Ego Antonius cl. f. b. m. Raineri per hanc cartula vindo et trado tibi Vuidone f. b. m. Eriberti una petia de terra, quod es(t) campo, in l. et fin. Greppo u. d. Lapeta, tenentes: uno caput in via publica, alio in terra de filii Pagani monaco et in terra de filie Ugiccioni et in terra Contulini et in terra S. Martini, latus uno in terra de filii suprascripti Pagani et de suorum consortibus et in terra qd. Falconi et qd. Rolandi, q. fuit iudex, alio in terra Heinrichi qd. Ungari. Est ad pert. mensuratas mod. v; et si amplius invenitur, tibi eas vindo et trado. Recepit meritum da Homodei f. Sassi, arg. pro sol. CCXL pro persona tua. Pena dupli. Act. Luca. Antonius cl. ss. S. m. Baldini f. Andree t. S. m. Pagani f. b. m. Rodolfi t. S. m. Ciculi f. b. m. Bonichi de l. Vicopelago u. d. Iola, t. S. m. Antonii f. b. m. Teuti, q. fuit pister, t. S. m. Vuidi f. b. m. Giochi de l. Turingo t. Heinrichus not. imp.

*Originale: Q. 136. Nel margine inferiore, sul recto, di mano del detto Antonius cl.: Una die post festivitate s. Iustine usque quintodecimo die prossimo veniente posui pingno. Cf. il reg. n. 505,*

501.

*Lucca, 5 Marzo 1088.*

A. MLXXXVIII, III non. mar., ind. XI. Ego Antonius cl. f. b. m. Raineri, quia tu Vuido f. b. m. Eriberti dedit mihi me-

ritum Homodei f. Sassi pro persona tua, arg. pro sol. ccXL, per hanc painam repromicto tibi, ut da admodum in antea si ego vel meis eredibus intentionaverimus aut molestaverimus aut suptracxerimus aut si nos vobis per placito fatigare fecierimus de una petia de terra, quod est canpo, in l. et fin. Grippo u. d. Lappeta; tenet: uno caput in via publica, alio in terra de filii Pagani monaco et in terra de filie Ughiccioni et in terra Contulini et in terra S. Martini, latus uno in terra de filii suprascripti Pagani et de eorum consortibus et in terra qui fuit Rolandi iudex et Falconi fratribus, alio in terra Henrichi qd. Umgari; quod est ad pert. mensuratas mod. v, componere penam: arg. libr. xx. Act. Luca. Antonius cl. in hoc promissio a me facto ss. S. m. Baldini f. Andree t. S. m. Pagani f. b. m. Rodolfi t. S. m. Cieuli f. b. m. Bonichi t. S. m. Antonii f. b. m. Teuti t. S. m. Vuidi f. b. m. Gichi t. Heimrichus not. imp.

*Originale: G. 33. Cf. il reg. n. 505.*

## 502.

*Lucca, 5 Marzo 1088.*

A. MLXXXVIII, III non. mar., ind. xi. Ego Sisemundo f. b. m. Belle per hanc cartula vindo et trado tibi Vuidi f. b. m. Eriberti una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Grippo u. d. Lapeta, quas mihi per cartula Vuidi not. imp. ex conparationem opvenit in loco pingnoris ad Antonio cl. f. b. m. Raineri.<sup>1</sup> Est ad pert. mensuratas mod. v. Et si amplius invenitur, una cum ipsa cartula, tibi eas vindo et trado. Recepit merito da suprascripto Antonio pro persona tua, arg. sol. LX. Repromicto una cum meis eredibus, tibi vel ad tuis eredibus, si nos vobis eas intentionaverimus, conponere venditionem in duplum. Da alis omnibus per vos ipsis eas defendere debeatis. Act. foris Luca, prope eccl. S. Marie qui d. Magiore. S. m. Sisemundi. S. m. Perti de l. Capannule f. b. m. Homicci t. S. m. Morecti de l. Brancalo f. b. m. Ursi t. S. m. Glandi faber f. b. m. Boniti t. Heimrichus not. imp.

*Originale: R. 30. Cf. il reg. n. 505.*

<sup>1</sup> Seguono i confini come nel reg. precedente. Qui però in luogo di in terra qui fuit Rolandi iudex etc., si ha: in terra qd. Falconi, alio etc.

## 503.

*Lucca, 10 Marzo 1088.*

A. MLXXXVIII, VI id. mar., imd. xi. Ego Fasciana f. b. m. Belle, consentientes mihi Sisemundo f. et mundualdo meo, per anc cartula vindo et trado tibi Vuidi f. b. m. Eriberti una petia de terra, quod est canpo, in l. et fin. Grippo u. d. Lappeta, quas mihi per cartula Pauli not. sacri pal. ex conparationem opvenit

in loco pingnoris ad Antonius cl. f. b. m. Rainieri, et est tenentes ipse petia de terra: uno caput in via publica, alio in terra de curte de Porcari et in terra S. Martini, latus uno in terra qd. Rolandi iudex et Falconi fratribus, alio in terra suprascripti Antonii cl., quas sibi reservavit. As petia de terra, quod est ad pert. mensuratas mod. uno, una cum ipsa cartula tibi eas vindo et trado. Recepit merito da Benedicto f. b. m. Iohanni pro persona tua, arg. pro sol. xx. Repromicto una cum meis ereditibus, tibi vel ad tuis ereditibus, si vobis eas intentionaverimus, compонere venditionem im duplum. Da aliis omnibus per vos ipsis eas defendere debeatis. Act. Luca. S. m. Fasciane. S. m. Sisemundi Fasciane consentientes. S. m. Vuidi f. b. m. Antonii t. S. m. Buoni, q. d. Naso, f. b. m. Ciche t. S. m. Vuidi, q. d. del Cantore, f. b. m. Imillie t. Heimrichus not. imp.

*Originale: Q. 189. Cf. i regesti nn. 470, 505.*

504.

28 Marzo 1088.

« Breve recordationis facimus nos Lanbertus et Ugolinus ff. Homodei, de oblatione eccl. videlicet S. Viti, quas in conspectu Lanberti archipresb. et primicerii et Enrici cantoris et plurimorum aliorum per investitionem in manibus predicti archipresb. et primicerii sub pena centum librarum Lucensium denariorum refutavimus. Anno incarnationis millesimo octuagesimo octavo, v kal apr. ».

*Originale: E. 124.*

505.

Lucca, 17 Aprile 1088.

A. MLXXXVIII, xv kal. magi, ind. xi. Ego Vuido f. b. m. Heriberti per hanc cartulam vindo et trado tibi Henrigus not. f. b. m. Petri, q. fuit index, q. Bonio fuit vocatus, una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. u. d. Greppo et vocatur Lapetta, quas michi per cartule Henrichi not. imp., una ex ipse ex comparationem opvenit ad Antonio cl. f. b. m. Raineri, secunda ex comparationem a Homodei cl. f. b. m. Dinaioli, tertia ex comparationem a Cico f. b. m. Rustichi et a Tamanta coniux sua, quarta ex comparationem a Sisemundello f. qd. Belle, quinta ex comparatione a Fasciana f. b. m. suprascripte Belle. Est tenentes ipsa petia: uno capo in via publica, alio in terra de filii qd. Pagani et in terra qui detinent filie qd. Hughieccioni et in terra Guntulini et in terra S. Martini, lato uno in terra qui detinent suprascripti ff. qd. Pagani et eorum consortibus et in terra, q. fuit Falconi et Rolandi iudex, alio in terra qd. Hungari. Est ad pert. mensuratas mod. v. Et si de meo iure plus inventa fue-

rit, una cum prediecte cartule tibi eas vindo et trado. Recepit meritum, anulo uno de auro pro sol. cxxl. Repromieto una cum meos heredes, tibi vel ad tuos heredes, si vobis intentionaverimus, componere venditionem in duplum. Da aliis hominibus per vos ipsis eam defendere debeatis. Act. Luca S. m. Vuidi. S. m. Seniorecti f. b. m. Dominichi et Benboni f. b. m. Lei et Sigefredi f. b. m. Alboni tt. S. m. Bari f. b. m. Iohanni Calmangiari t. Rodulfus not. imp.

*Originale: Q. 135. Cf. i regesti nn. 470, 483, 489, 499, 500, 501, 502, 503, 519, 520, 521.*

506.

*Lucca, 9 Giugno 1088.*

A. MLXXXVIII, v id. iun., ind. xi. Ego Bardus diac., Luc. eccl. primicerius, per hanc cartulam libell. nom. ad cemsum perexolv. dare videor tibi Signorecto not. f. b. m. Aimenrichi, q. fuit not., una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Antraccule, que pertinere videtur prediecte eccl. kanoniceque S. Martini; tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra qd. suprascripti Aimenrichi, aliud latus in terra et simitula qd. Erithi;<sup>1</sup> ut da modum in tua et in tuis heredibus sit potestatem eam habemdi et ususfructuamdi. Mihi vel successoribus meis per omnem memsem aug. reddere debeatis, ad partem iandicte eccl., imfra civ. Luc., de grano bono siccio sist. viii, ad sist. quartinum, quale infra civ. Luc. vemditorium percurrit. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luca. Bardus diac., Luc. eccl. primicerius, ss. S. m. Vuietoni f. b. m. Petri t. S. m. Pagani f. b. m. Maghini t. S. m. Guidi f. b. m. Beeti t. Conradus not. imp.<sup>2</sup>

*Originale: L. 60; Regestum A, c. 13. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *Il Reg. A aggiunge: idest Gerardorum*    <sup>2</sup> *Il Reg. A aggiunge: Credo quod hec redditia fuerit de offertione primiceriatus.*

507.

*Lucca, 9 Giugno 1088.*

A. MLXXXVIII, v id. iun., ind. xi. Manifestus sum ego Singorectus not. f. b. m. Aimenrichi, q. fuit not., quia tu Bardus diac,<sup>1</sup> Luc. eccl. primicerius, per cartulam libell. nom. ad cemsum perexolv. dedisti mihi una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Intraccule; ut in mea et in meis heredibus sit potestatem eam habemdi et ususfructuamdi. Tibi vel ad successoribus tuis per omnem memsem aug. reddere debeamus, ad partem iandicte eccl., infra civ. Luc., de grano<sup>2</sup> sist. viii.<sup>2</sup> Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luca. Singorectus not. inp. ss.

S. m. Pagani f. b. m. Maghinelli t. S. m. Guietoni f. b. m. Petri t. S. m. Guidi f. b. m. Becti t. Conradus not. imp.

*Originales: L. 63. Cf. il reg. precedente.*

<sup>1</sup> diac. fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco. <sup>2</sup> Segue come nel reg. precedente.

508.

17 Dicembre 1088.

A. MLXXXVIII, XVI kal. ian., ind. XII. Ego Pencio f. b. m. Fralmi, quia vos Vuillielmo et Alegrecto gg. ff. b. m. Homodei et Rolanduccio nepote vestro et f. b. m. Gerardini, q. fuit g. vestro, dedisti mihi merito tu Vuillielmo pro te et pro persona de suprascripto g. tuo et Rolanducci nepote, anulo uno de auro, per hanc paginam repromicto vobis, ut numquam, ego neque meis ereditibus, vobis neque ad hereditibus vestris neque intentiōnare neque molestare facere non abeamus nulla de omnibus casis et terris seu rebus cultum vel incultum, quas qd. Ildebrando, q. fuit g. meo, per cartula de loco pingnoris fecit in persona suprascripti Homodei, nullam de illam portionem [...] Titi, q. fuit g. meo, [...] Fralmi pertinentes fuit (?) [...] et terris seu re[bus ...] Ildebrando g. meo<sup>1</sup> per suprascripta cartula de loco pingnoris fecit im persona [...]; neque nullam de portionem, quas suprascripti qd. Titi pertinentes fuit infra qui[n]que petiis de terris in l. et fin. Vaccule prope heccl. S. Marie, q. d. a Scopeto; una, cum cassina et res massaricias super se, regitur per Bono massario, seu curte et orto et vinea et castanieto et sterpeto insimul comprehensa; secunda, q. est vinea et campo insimul comprehensa, qui detine suprascripto Bono; tertia, q. est vinea et castanieto et sterpeto insimul comprehensa; quarta, q. est vinea; quinta, quod est campo, qui detinuit Bonoso et Bernuccio, quas vobis meam portionem pertinere videtur per cartula Rodulfi not. imp. ex comparatione a me ipso et a Odita comius me[a].<sup>2</sup> [Rodulfus not. imp.].<sup>3</sup>

*Originales: G. 52; Regestum A, c. 46 v. Nel reg. A: Repromissio Pencii, de terris dal Prato, Guilielmo et Allegretto.*

<sup>1</sup> meo è nell' interlineo. <sup>2</sup> Dopo è strappata la carta. <sup>3</sup> Il not. è certamente il Rodulfus dei regesti nn. 475, 478, 505.

509.

1088.

« Offersio Mauri presb. qd. Gerardi de medietate unius petie de terra in Carraia u. d. Roppiano, que est star. XIII; de qua obtulit medietatem canonice S. Martini; que tenet: caput cum uno latere in via publica, alterum caput in terra S. Salvatoris de Sexto, alterum latus in terra S. Salvatoris de Sexto et in terra Baldiccionis. A. Domini M octuagesimo VIII° ».

*Regestum A, c. 21.*

510.

13 Febbraio 1089.

« Sitho et Ildebrandus gg. ff. qd. Gaiolfi et alie mulieres uxores titulo oblationis obtulerunt Luc. capitulo unam petiam terre positam in confinibus S. Angeli in Campo u. d. in Cornuta; ut continetur manu Raineri not. (A.) m<sup>o</sup> octuagesimo nono, idus februarii ».

*Regestum B, c. 50 v. Cf. il reg. n. 513.*

511.

26 Febbraio 1089.

« Anno Dominicæ incarnationis millesimo octuagesimo nono, iii kal. mart. Boniminus quondam Bonimini refutavit in manibus Henrici et Mauri presbiterorum et Hildebrandi subdiac. et Ugeri cl. canonicorum S. Martini terram de Orbicciano, quam iniuste retinebat; et hoc factum est in presentia: Tadi quondam Villani et Bernardi qd. Rustici et Morecti de Turri ».

*Biblioteca Capit., cod. n. 124, c. 3. Scrittura coeva. Cf. i regesti nn. 323 e 355.*

512.

Sorra, 12 Luglio 1089.

A. MLXXXIX, IV id. iul., ind. XII. Ego Martino f. b. m. Mogi per anc cartula dono et trado tibi Matelda f. Manni una petia de terra, quod est vinea et oliveto insimul comprehensa, in l. et fin. Cumpito u. d. Vallelustri, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra Martini, lato uno in terra quas tibi supra venumdavi,<sup>1</sup> alio in terra mea, quas mihi reservo. Est ad pert. mensuratas sist. II. Recepit launachild merito da suprascripto Manno, nusca una de auro pro persona tua. Pena dupli. Act. in l. et fin. u. d. in Sorra. S. m. Martini. S. m. Melondi f. b. m. Riche t. S. m. Dominichi f. b. m. Pincioni t. S. m. Ursi f. b. m. Cumpiti t. Sigefredus not. imp.

*Originale: F. 74.*

<sup>1</sup> *Cosi l'originale.*

513.

1089.

« Offersio Sithi et Ildebrandi gg. qd. Gaiolfi canonice S. Martini de una petia prope eccl. S. Angeli in Cornuta, que tenet: caput in via publica, alterum cum latere uno in terra Guidi qd. Gerardi, alterum (latus) in terra predicti Gerardi. A. Domini m<sup>o</sup> octuagesimo nono ».

*Regestum A, c. 36 v. Cf. il reg. n. 510 e il reg. seguente.*

514.

1089.

« Libellum de cadem terra datum a canonicis S. Martini eisdem germanis<sup>1</sup> pro sol. III, et eorum heredibus, reddendis nobis in februario. A. Domini MLXXXVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 36 v.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

515.

*Lucca, 28 Aprile 1090.*

A. mxc, iv kal. madii, ind. xiii. Nos Oppitio et Frugheri atque Villano gg. ff. b. m. Petri, que Ferruccio voc., et Richilda mulier Oppiti et filia b. m. Martini et Grima mulier Villani et filia Villani, nos Richilda et Grima consentientes nobis viri nostri, ubi interesse videtur notitia Antonii iudex sacri pal., ad quo interrogate sumus sequenter etdicti paginam, per hanc cartula donamus et tradimus tibi Sigismundo f. b. m. Balduini una petia de terra, quod [est] campo, in l. et fin. Rocta u. d. Campo da Albaro, tenentes: uno capo in terra d[e filiis?] b. m. Savini, alio in terra de filio b. m. Iochi da Brancalo, lato uno in terra [...] Martini, alio in terra de filii qd. Pagni et eorum consortibus. Seo donamus et tradimus tibi nostra portionem de duo petiis de terris, quod sunt camporas, in superscripto l. et fin. Rocta, una tenentes: uno capo in terra Leiti et Alberti, alio in terra de filii qd. Angeli, lato uno in terra Morecci et de suis consortibus, alio in terra de filii qd. Bonfaniti et de heorum consortibus. Competi nobis duos portionis. Secunda u. d. a Ritundo, tenentes: anbas capitam in terra Tassingnanese et in terra qd. Bonardi et de suis consortibus, lato uno in terra Bonithi et Morecci, alio in terra qd. Mili. Competi nobis de tertiam portionem tres portionis. Recepimus meritum, anulo uno de auro pro sol. cxx. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Oppithi et Frugheri et Villani gg. et Richilde et Grime, suprascriptorundem gg. ad coniungi eorum consenserunt. Antonius iudex sacri pal. interfui. Ildebrandus not. regis t. ss. S. m. Lei causidicus f. Rustici et Raimundini f. Loprandi tt. Villanus not. imp.

*Originate: L. 210.*

516.

*Lucca, 28 Aprile 1090.*

A. mxc, iv kal. madii, ind. xiii. Nos Oppitio et Frugheri atque Villano gg. ff. b. m. Petri, que Ferruccio voc., et Richilda mulier Oppiti et filia b. m. Martini et Grima mulier Villani et filia Villani, quia tu Sigismundo f. b. m. Balduini dedisti nobis meritum, anulo de auro pro sol. cxx, nos Richilda et Grima consentientes nobis viri nostri, per hanc paginam repromictimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostris heredibus intentionare neque molestare nulla de una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Rocta u. d. Campo da Albaro; neque de tuam portionem, quod sun duos portionis de una petia de terra, quod (est) canpo; neque de tuam portionem, quod est de tertiam portionem tres portionis de una petia de terra, quod est canpo, u. d. a Ritundo in predicto l. et

fin. Rocta, quas tibi odie per cartula Villani not. imp. ex donatione obvenit ad nos ipsis, notitia Antonii iudex sacri pal. Pena: arg. libr. x.<sup>1</sup>

*Originale: N. 48.*

<sup>1</sup> Segue l'escatocollo come nel reg. precedente; qui però manca Antonius i. s. p. i.

517.

1090.

« Offersio Petri iudicis, q. Buoso dicebatur, qd. Baroni ad canonicam S. Martini de una petia terre in Fondora, q. est cultra una, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra Albertini qd. Rustichi, latus in terra Ubertelli qd. Tederelli, alterum in terra filiorum Bensi de Guamo. A. MXC ».

*Regestum A, c. 28 v.*

518.

1090.

« Offersio predicti Fralmi<sup>1</sup> qd. Morecti ad canonicam S. Martini de tertia portione medietatis de duobus petiis terrarum in Mugnano u. d. Vignali; que sunt cultre tres inter totas; quarum prima tenet: caput in via publica, alterum in terra quam subter obtulit nobis, latus in terra quam sibi reservavit, alterum in terra quam detinet Bonello sive Bonio qd. Moronti;<sup>2</sup> secunda tenet: caput in suprascripta terra et in terra quam sibi reservavit, alterum in terra predicti Bonoti<sup>3</sup> qd. Salicchieri de S. Maria in Via, latus in terra predicti Bonoti, alterum in terra quam detinet predictus Bonellus. A Domini MXC ».

*Regestum A, c. 23.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 642, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: forte a nobis, ut supra dicitur. Cf. il reg. n. 552. <sup>3</sup> Cf. il reg. n. 551, cui si riferisce.

519.

*Borgo S. Frediano, Lucca, 12 Ottobre 1091.*

A. MXCI, IV id. oct., ind. xv. Ego Henrichus not. imp. f. b. m. Petri, q. fuit iudex, q. Bonio fuit vochatus, per hanc cartula vindo et trado tibi Glamdo f. b. m. Huberti una petia de terra, quo(d) est campo, in l. et fin. Greppo u. d. Lappeta, tenentes: uno caput in via plubicha, alio in terra de filii qd. Paghani filio b. m. Rolamdi et in terra de filie qd. Hughicci(o)ni et in terra S. Martini et in terra Ghumtulini, latus uno in terra de suprascripti filii qd. Paghani et de eorum consortibus et in terra qd. Falchoni et Rolamdi iudex gg., alio in terra qd. Lunghari. Est ad pert. mensuratas mod. v et dimidio. Et si plus inventa fuerit de meo iure, una cum omni cartule et monimminas meas et cum omnibus terris et rebus meis in l. Lappeta et im l. Grippo

tibi eas vindo et trado. Recepit meritum, anulo uno de auro pro sol. cccxx de den. de moneta de Lucha. Pena dupli. Act. foris Lucha, intus burgho qui d. S. Fridiani. Heimrichus not. imp. ss. S. m. Ghottefridi f. b. m. Usaldi t. S. m. Ildebramdi f. b. m. Vuidi t. S. m. Gherardini f. b. m. Moretti t. Sighinulfus not. imp.

*Originale: R. 41. Cf. il reg. n. 505.*

520. *Borgo S. Frediano, Lucca, 12 Ottobre 1091.*

A. mxci, iv id. oct., ind. xv. Ego Emrighus not. imp. f. b. m. Petri, q. fuit iudex, q. Bonio fuit vochatus, quia tu Glamdo f. b. m. Huberti dedisti mihi meritum, anulo uno de auro, per anc painam repromictu tibi, ut numquam nom abeamus potestatem, nec ego neque meis eredibus imtemtionare neque molestare nulla de una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Greppo u. d. Lappeta, neque (de) terris et rebus, quas abis in suprascripti locis vel in eorum fin., quas tibi hodie per cartula Sighinulfi not. imp. ex comparationem opvenit ad me ipso. Pena: arig. libr. xx.<sup>1</sup>

*Originale: Q. 50. Cf. il reg. n. 505.*

<sup>1</sup> Segue l'escatocollo come nel reg. precedente.

521. *Borgo S. Frediano, Lucca, 12 Ottobre 1091.*

Notitia breve, qualiter imfra burgho, qui d. S. Fridiani prope eccl. S. Iohanni, presen[tia bono]rum omminum, chorū nommina supter legumtūr, Hemrichus not. imp. f. b. m. Petri, q. fuit iudex, q. Bonio fu[it voca]tus, per virgham, quas in sua tenebat manum, dedit et tradidit adque investitū Glambo f. b. m. Huberti a[d] suam prop[ri]etatem de una petia de terra, quo(d) est campo, in l. et fin Grippo u. d. Lappeta.<sup>1</sup> Est ad pert. mensuratas mod. v et dimidio. Et si plus invenita fuerit de eius iure, una cum omnibus terris et rebus, quem abebat im l. Lappeta et im l. Grippo, Hemrigho investitū ad suam proprietatem; et spopomdit se ipse Emrigus adversus Glamdo, si umquam per se ipse Emrigho vel suis eredibus intentionasserum, componere penam arig. libr. xx. Umde Glamdo fecit Emrighi pro investitionem et traditionem seo suorum spomisionem launechild meritum, anulo uno de auro pro sol. cccxx confirmandum iusta legem, presemtia: Ghottefridi f. b. m. Usaldi, Ildebramdi f. b. m. Vuidi, Gherardini f. b. m. Moretti et reliquis. A. mxci, iv id. oct., ind. xv. Heimrichus not. imp. ss. Ghottefridi q. ibi fuit. Ildebramdo q. ibi fuit. Gherardini q. ibi fuit. Sighinulfus not. imp.

*Originale: Q. 41. Cf. il reg. n. 505.*

<sup>1</sup> Seguono i confini come nel reg. n. 519.

522.

1091.

« Offersio a Tepero qd. Georgi<sup>1</sup> de duabus petiis in Spinatioe pro anima Roldandi<sup>2</sup> qd. Sigifredi, q. petie se contingunt; prima est ortus, tenet: caput in via publica, alterum caput cum ambobus lateribus in terra Henrici<sup>3</sup> qd. Ceci et aliquantulum in terra quam subter obtulit; secunda est campus ibidem, que tenet: caput in via publica, alterum in terra quam supra obtulit, ambo latera in terra Henrici. A. Domini MXCI ».

*Regestum A, c. 12.*

<sup>1</sup> Il ms. aggtunge: in sacco communium cartarum <sup>2</sup> Nel margine, da mano coeva: Hic est antiquus filiorum Ubaldi. <sup>3</sup> Nel margine, da mano coeva: Hic est de dominis de Vurno.

523.

*Compito (Lucca), 7 Giugno 1092.*

A. MXCI, VII id. iun., ind. xv. Ego Petrus f. b. m. Martini, quia tu Gerardus presb. rectore de ospitale S. Martini Luc. dedisti mihi merito, cercello unum de auro pro sol. LXXX, per anc paginam repromicto tibi, ut da modum in antea, post trasacto illo constituto de illo tinore, que in illa venditionis cartula legitur, qui ego in loco pingnoris feci et misi im persona tua, nunquam non abeamus potestatem nec ego neque meos eredes intentionare neque molestare nulla de duo petiis de terris tuis, quod sunt campora, in l. et fin. Vuindalfo; una d. a Tribbio, alia d. Arquato, quas tibi per cartula Sigefredi not. imp. ex comparationem obveni in loco pingnoris ad me ipso. Pena: arg. libr. x. Act. in l. et fin. Cumpito. S. m. Petri. S. m. Pandolfi f. b. m. Gogi t. S. m. Martini f. b. m. Beriti t. S. m. Doninichi f. b. m. Vuarini t. Sigefredus not. imp.

*Originale: L. 176. Nel verso, da mano del sec. XII: De Guindolfo.*

524.

(28 Agosto?) 1092.

« Paulus qd. Omodei obtulit (Luc.) capitulo unam petiam terre cum casa, q. est prope eccl. S. Viti; ut continetur manu Pauli not. (A.) M nonagesimo secundo ».

*Regestum B, c. 12. Cf. per la data il reg. seguente.*

525.

*Pontetetto (Lucca), 28 Agosto 1092.*

A. MXCI, V kal. sept., ind. xv. Ego Paulus diac.<sup>1</sup> f. b. Homodei per hanc cartula pro anime mee remedium et anime qd. genitor meus et qd. Zabuline, qui fuit genitrix mea, offero tibi eccl. et kanonica S. Martini de piscopatum Luc. una petia de terra,<sup>2</sup> quod est campo, in l. et fin. u. d. a Sancto Vito, prope eccl. S. Viti, tenentes: uno capo cum uno lato in

terra mea, quas mihi reservo, alio capo in terra de mulier Ughi cl., alio lato in terra Gerardi f. b. m. Amgeli. Est ad pert. mensuratas mod. 1. Offere(re) prevideor, ut ab odierna die in ipsius eccl. et de presb. et diac. seo cl. q. ibi ordinati fuerint, et regulariter iusta qualitatem locis vixerint et comune vitam duxerint, et ibidem officium Dei fecerint, in eorum sint potestatem eas abendi et usumfructuamdi. Non abeam potestatem nullus ep. neque nulla potestam suprascripta petia per libellum dare, neque alienare. Pena dupli. Quod a me ic factum est sub iusiurandum conservare promicto con stipulationem subnixa. Act. in l. et fin. prope eccl. S. Marie, qui d. a Ponteticto. Paulus S. Martini cl.<sup>1</sup> ss. S. m. Oppiti f. Vualfreducci t. S. m. Lupicini f. b. m. Gerardi et Benedicti f. b. m. Rustichi tt. S. m. Ughi f. b. m. Berningheri et Armanni f. b. m. Saracini tt. S. m. Bellindoni f. b. m. Corbi, q. fuit not., et Gerardi f. Octoni tt. Paulus not. sacri pal.

*Originale: E. 130; Regestum A, c. 14; Regestum B, c. 12. Cf. il reg. precedente.*

<sup>1</sup> Così l'orig. <sup>2</sup> Nel reg. A: De predicta terra Cadolinus frater predicti Pauli reddebat nobis olim den. xxx, pro quo postea Rodulfus de Burgo, pro Rodulfo Gualterottus qd. Gerardini Castagnacii de eodem Burgo, pro uxore sua, filia eiusdem Rodolfi. *Poi d'altra mano un poco posteriore:* Pro filia Gualterotti Roselmus vir eius. *Nel Reg. B:* Quam terram modo tenet, ut visitetur, Rodulfus de Burgo, ad reddendum exinde sol. II et dimidium.

526.

1092.

« Offersio a<sup>1</sup> Rolando Manciorino qd. Signoretti,<sup>2</sup> pro anima Ildebrandi diae. fratris sui, de una petia terre in Ponteferrato cum casa et orto et curte insimul, que tenet: caput cum uno latere in viis publicis, alterum caput in terra S. Michaelis de Advocatis, latus in terra S. Pontiani et S. Angeli predicti. A. Domini MXCII ».

*Regestum A, c. 17.*

<sup>1</sup> Segue Ildebran espunto. <sup>2</sup> In ms. aggiunge: in sacco communium cartarum

527.

1092.

« Offersio a Rolando qd. Signorecti,<sup>1</sup> de tribus petiis terrarum in Sceto prope S. Iohannem. Prima petia est iuxta terram S. Marie in Via et iuxta terram filiorum Sassi, tenet:<sup>2</sup> caput in via publica, alterum (in terra) filiorum Manciorini, latus in terra filiorum Sassi, alterum in terra S. Marie in Via et in via publica; secunda (tenet): caput in via publica, alterum caput cum latere in terra Vitalis qd. Alberti,<sup>3</sup> alterum latus in terra filiorum Fal-

coni; tertia tenet: caput in via publica, alterum caput in terra predicti Vitali, latus in terra filiorum Falconi, alterum in terra predicti Vitalis et Lei qd. Boni. (A.) **MXCII°** <sup>4</sup>.

*Regestum A. c. 44 v.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum <sup>2</sup> Da tenet fino in fondo è scritto nell'interlineo e nel margine. <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: ut credo, Cinne, ut infra <sup>4</sup> La datazione fu aggiunta da mano coeva nel margine.

528.

*Lucca, 5 Febbraio 1093.*

A. **MXCIII**, non. febr., ind. 1. Ego Gerardus f. b. m. Gerardi per hanc cartula dono et trado tibi Adaleita f. Lieti tres portionis de honnibus casis et cassinis seu casalini simulque terris et rebus cultis et incultis, donicatis et massariciis, que esse videntur in l. et fin. u. d. Rogano et vocitatur Momtesiccho. Seu dono et trado tibi meam portionen de duo petiis de terris infra iudicaria de plebe S. Stefani, una d. a Ripaia, q. est vinea, tenentes: uno capo in terra S. Donati, alio in via plubica, lato uno in terra Guntelde et filia sua, que detinet Baruccio, alio in terra qd. Rustichi; secunda, q. est saldino, d. in Bangno, tenentes: uno capo in via plubica, alio in terra suprascripti qd. Rustichi, lato uno in terra Raineri, alio in terra S. Martini. De istis duo petiis competi michi de quartan portionen medietaten. Seo dono et trado tibi quinque petiis de terris meis, una, cun cassina super se et curte et vinea insimul comprehensa, tenentes: uno capo in terra Martini, alio in terra Beriti f. b. m. Baruccii, lateras anbas in terra Albitie et de filie sue; secunda, q. est vinea, d. a la Selva Preiti: uno capo tenet in terra regi, alio in terra suprascripti Beriti, lateras anba in terra suprascripte Albitie et de filie sue; tertia, q. est vinea, d. Vinea Andree: uno capo tenet in via plubica, aliut in terra Martini qd. Pagani, lato uno in terra S. Donati, alio in terra Iohanni qd. Mori; quarta, q. est vinea: uno capo cum uno lato tenet in terra Dominichi f. b. m. Donati, alio capo in terra suprascripte Albitie, alio lato in terra Martini qd. Pagani; quinta, q. est vinea, u. d. a Lunghitie: uno capo tenet in terra de filii qd. Donati da Lunghitie, alio in via plubica, lato uno in terra qd. Morelli, alio in terra Bonii qd. Benedicti. Has quinque petiis sunt ad pert. mensuratas inter totis sist. **xvi** et tertian portionen de alio sistariorun. Recepit launechil meritum da Lanbertus f. b. m. Gogi, anulo uno de auro pro persona tua. Pena dupli. Act. foris civ. Lue., prope portas qui d. S. Fridiani. S. m. Gerardi. S. m. Burghi f. b. m. Cuniti. S. m. suprascripti Lanberti f. b. m. Gogi t. S. m. Roberti f. suprascripti Burghi t. Bonfilius not. regis.

*Copia dello stesso Bonfilius: F. 37. Cf. il reg. 557.*

529.

21 Maggio 1093.

A. mxcii, XII kal. iun., ind. II.<sup>1</sup> Nos Enrico et Gualfredi gg. ff. b. m. Benedicti per hanc cartula donamus et tradimus tibi Mactilda g. nostra quattuor petiis de terris nostris, una cum casa super se a petre et calcina constructa in civ. Luca, tenentes: uno capo in terra et curte Gherardi f. Mori, lato uno in terra Albertini f. Becti Braciali, alio lato et capo in terra de consortibus mei;<sup>2</sup> secunda, tertia et quarta in l. et fin. Cumputo; una, quod est vinea, prope Fontana, tenentes: uno capo in terra Beriti et de suis consortibus, alio in terra Viviani, lato uno in terra S. Salvatori, alio in terra Ubaldini; tertia, cum casalino super se, tenentes: uno capo in terra Bulgari, alio in via plubica, lato uno in terra S. Salvatori, alio in terra Viviani; quarta, quod est oliveto: uno capo tene in terra Villani, alio in terra Bulgarelli, lato uno in terra Bernardi f. Pasquali da Rocta, alio in terra de lo Avogaro. Recepimus launechild meritum, anulum uno de auro. Pena dupli. Act. [...]. S. m. Enrichi et Gualfredi. S. m. Gherardi f. b. m. Mori et Teuperti f. b. m. Teuperti tt. S. m. Alberti f. b. m. Cuniti t. Hubertus not. imp.

*Copia del sec. XI, di Hildebramduis not. imp.: D. 172. Nel margine inferiore, sul recto, di mano dello stesso Hildebramduis: Exemplar ista ideo facta est, quia Mactilda unum ex predictis petiis, ad Cara (Cara fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco) germana sua iudicavit, et est ipse petia in l. Cumputo [et] vocitata a Fontana, quod est vinea, et alia casalino. Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: In civitate (in) portata? scilicet? S. Fridiani.*

<sup>1</sup> *Nel maggio 1093 correva l'indizione I; l'ortig. aveva: XII kal. ian.*

<sup>2</sup> *Così la carta, senz'altro.*

530.

Quiesa (Lucca), 20 Maggio 1094.

A. mxciv, XIII kal. iun., ind. II. Nos Iolicta relicita b. m. Ubaldi et filia b. m. Oppithi et Sigefredus f. suprascripti b. m. Ubaldi et Hermingarda mulier Sigifridi et filia Alberti marchionis, consentiente michi Iolicta Sigefredus et Ubaldus causidicus f. b. m. Uberti, q. fuit iudex, mundualdo meo, q. iudicato de meo mundio habet, et michi Hermingarda consentiente vir meus, ubi interesset videtur notitia Antonii iudicis sacri pal., ad quo interrogata sum sequenter etdicti paginam, convenimus una tecum Rainerius in Christi nomine abbas de eccl. et mon. S. Michaelis, que est posita sito l. Quiesa, nostra portionem de una petia de terra, q. est vinea, in l. et fin. u. d. Citello iuxta ipsum castellum, tenet: unum caput [cum uno] ex lateribus in viis publicis, aliut caput in terra nostra quas nobis reservamus, et de consortibus nostris, sicut ibi termina posite sunt, aliut latus in terra Rolandi et Teuperti gg. Competi nobis [...]. Tibi eas in comu-

tatione ad partem eccl. et mon. dare et tradere videmur. Et pro nostra portionem de predicta petia, quod est vinea, in qua ecclesia incipita est hedificandi, recepimus ad te in comutatione de pars eccl. et mon. vestri una petia de terra, q. est ortus in suprascripto l. Quiesa iuxsta ospitale nostro et prope predicta eccl. et mon. vestro; tenet: unum caput cum unus ex lateribus in terra de ospitale, aliut caput in terra mon. vestri, quas detinuit qd. Petrus, q. fuit faber, et Cocco gg., quas ad suprascripta eccl. reservasti, aliut latus in via publica. Tu Raineri derexistis missus tuos, hii sunt nomina eorum: Bendone f. b. m. Martini de Vingnale, Toto f. b. m. Dominichi et Carbone f. Gobulini, hestimatores. Pena dupli. Act. in l. et fin. Quiesa u. d. Caprile. S. m. Iolicete et Sigifredi et Hermingarde, Sigefredus conius sue et matris sue consensi. Antonius iudex sacri pal. interfui. S. m. Fralmi f. qd. Hugh t. S. m. Alboni f. b. m. Guiniti t. S. m. Viviani f. Guidi monaci t. S. m. Bendoni, Toti et Carboni. Raineri not. imp.

*Originale: L. 120. Nel margine inferiore, sul recto, si ha la notitia di altra carta.*

531.

*Montemagno (Lucca), 3 Settembre 1094.*

A. **MXCIV**, III non. sept., imd. II.<sup>1</sup> Ego Bonico f. b. m. Iohanni per hanc cartula livell. nom. ac censum etperexolv. dare videor vobis Petrus f. b. m. Bonii et Ghirardo f. b. m. Stefani et Petrus f. b. m. Stefani una petia de terra, quod est (st)erpeto, in l. qui d. al Debio Almari, quas ego abeo de pars ecl. etpis copato S. Martini, tenentes: uno capo in rio, alio cum uno lato in terra Carboni, alio lato in terra Stefani Mardurini; ut da admodum in vestra vel de vestris ereditibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Michi vel ad meis eredes per onnem mense oct. rendere debeatis ad casa abitationis mee inter qui et septe amni proximi venturi expleti fuerit, arig. den. III de moneta de Luca, mostrando et no dandum; et expleti septe amni, in antea dare debetis tertiam portionem de ille castanie, quen Dominus dederit, et abuerit in predicta terra. E xi am nos vobis ec omnia sic fuerit adinpleta et suprascripta petia rectollerimus vel aliquit amplius superinposuerimus, usque dum ego eas et meos eredes in beneficio aut per quacumque ordinem abuerimus, spondeo una enm meis eredes conponere penam, arig. sol. c. Duo libelli. Act. caput de burgo de Montemagnio et prope ecl. S. Michaelis. S. m. Bonichi. S. m. Rustico f. Bonii t. S. m. Bello f. Boniti t. S. m. Saracini f. b. m. Bonoti t. Albertus not. regis.

*Originale: S. 20.*

<sup>1</sup> Non è qui adoperata l'indizione greca.

532.

*Lucca, 24 Ottobre 1094.*

A. MXCIV, IX kal. nov., ind. III. Ego Albertus f. b. m. Villani per hanc cartula do et trado tibi eccl. et mon. S. Petri, que est constructa in l. et fin. u. d. Putheuli, una petia de terra, quod est ortale, in l. et fin. Valiano, pro pretium arig. sol. ccxx de den. de moneta de Luca, et est tenentes ipsa petia: uno caput in terra Ughi f. b. m. Rustichi et Gerardini nepote suo, aliut in terra Domnacciga et aliquamtulo de ipso capo in terra Berte, qui fuit mulier qd. Sighinulfi, latus uno in via et simitula et aliquamtulo de ipso latus in via plubica, aliut in terra qd. suprascripti Sighinulfi. Has petia dare videor pro suprascripto pretium sol. arig. ccxx, qui Gherardus monachus q. est de suprascripta eccl. et mon., mihi dedit. Repromicta una cum meis ereditibus ad rectore et priore et monachi q. ibi ordinati sunt aut flunt, ut si nos vobis in aliquod intemtionaverimus, spomdeo componere suprascripta petia in duplum. Act. Luca. S. m. Alberti. S. m. Ursichi et Ughi gg. ff. b. m. Vuiniti tt. S. m. Ursi f. b. m. Gherardi t. Lambertus not. imp.

*Originale: N. 33.*

533.

*Lucca, 24 Ottobre 1094.*

A. MXCIV, IX kal. nov., ind. III. Ego Albertus f. b. m. Villani, qui(a) tu Martinus priore et rectore de eccl. et mon. S. Petri, que est comstructa in l. et fin. u. d. Putheuli, dedi mihi meritum Gherardus monachus de eccl. et mon., arig. pro sol. ccxx, pro persona tua, per hanc paginam repromitto tibi, ut nunquam non abeamus potestatem, nec ego neque meis ereditibus, tibi mon. et rectore et priore seo monaci q. ibi ordinati sunt aut flunt, intemtionare neque molestare nulla de una petia de terra, quod est ortale, in l. et fin. Valiano, quas vobis hodie per cartula Lamberti not. imp. ex traditionem obvenit ad me ipso. Pena: arig. libr. xx. Act. Luca.<sup>1</sup> Lambertus not. imp.

*Originale: R. 124.*<sup>1</sup> Segue come nel reg. precedente. Qui è: Ursi et Ughi gg. etc.

534.

*Montigiano (Lucca), 10 Dicembre 1094.*

Breve ad memoriam abendam, qualiter in l. et fin. Montisciano, presentia bonorum omnium corum nomina super leguntur, Martinus f. qd. Albiti et Moro f. Inghiti et Iohannes Compostoglio f. qd. Stefani et Cunitio et Lunio gg. ff. qd. Domenichi et Pagano f. qd. Stefani et Petro f. Stefani per fustem, quas in suis detinuerunt manibus, fecerunt finem in manum Bonichi f. qd. Barucci et Dominichi Mardo f. qd. Stefani per totis con-

sortibus suis de litis, quod erat inter eos (et) predicto Bonico et Dominico Mardo, iuraverunt inn avagielie Dei illa terra, quod est in l. Montisciaro, qui fuid Vuidi qd. Ildibrandi, et modo est Ildibrandini f. eius, qui audierunt nomminare ab antecessoribus suis et melius eis videtur, terminaverint et mossaverint, in presentia: Ildebrandi castellani et Vuillielmecti et Iohannes et Martini, si ibi vennerint et videre voluerint per bonam fidem inter qui et octava Eppifanie Domini prossima ventura, etsepto Dei inpedimento, quod si unquam predicto Martino et Moro et Iohanni Compostogio et Cunitio et Lunio gg. et Pagano et Petro vel eorum consortibus sive eorum eredibus adversus Bonico et Dominico Mardo vel eorum consortibus aut eorum eredibus agerint sive intentionaverint, et homni tempore taciti non permanserint, sicut ipsis terminaverint, conponere debeant Martino et Moro et Iohanni Compostogio et Cunitio et Lunio et Pagano et Petro vel eorum eredibus adversus Bonico et Domenico Mardo vel ad suis eredibus penam arrientum libr. v. Unde Bonico et Dominico fecerunt merito, pario uno de pelli pro ipsa finem et investitura, presentia: Fralmi f. qd. Morecti et Alberti not. et Vuictoni et Morelli et Ghirardi castaldonibus et predicti Eldibrandi castellani et Ughi f. Vuillielmi et Vitali scario et Gherardus f. Bonichi et Iohannes cl. et Bono f. Uberti et Cancione castaldo, Ughi rochisciano et reliquis. A. mxciv, iv id. dec., ind. iii. Albertus not. regis ibi fui ss. suprascriptorumdem Fralmi, Vuictoni, Morelli, Gheraldi castaldionibus et Eldibrandi castellani et Ughi, Vitali scario, Gherardo, Iohanni, Buono, Cancione rochisciano, q. ibidem fuerunt. Vuido not. imp.

*Originale: C. 5.*

535.

*Firenze, 1 Febbraio 1095.*

Urbanus (papa). Martino priori mon. S. Petri, quod in Luc. eccl. parochia situm est, loco q. v. Puteolis, eiusque successoribus. Mon. S. Petri, presentis decreti auctoritate, munimus. Statuimus, ut quęcumque (bona) iuste possidet sive poterit adipisci, firma et illibata permaneant. Possessionum, quę in mon. proprietate continentur, decimas absque ulla vos molestia possidere perpetuo volumus. Sepulturam eiusdem loci omnino liberam haberi sancimus, etc., salvo parochianę eccl. debito. Decernimus, ut nulli hominum liceat cenobium perturbare, salva Luc. eccl. debita reverentia. Dat. Florentie, per manum Iohannis S. Rom. Eccl. diac. card., kal. febr., ind. iii<sup>a</sup>, a. m<sup>o</sup>x<sup>o</sup>cv<sup>o</sup>, pontif. Urbani II pp. vii.

*Originale: AA. 24. Stiglio di piombo, perduto. Mittarelli, Ann. Camald. III, App. p. 114, n. 81; Migne, CLI, 398, n. 126; Jaffé, 4146; Jaffé-L. n. 5539; Kehr, Italia Pontificia, III, 462, n. 1.*

536.

*Tassignano (Lucca), 5 Novembre 1095.*

A. mxcv, non. nov., ind. iv. Ego Cicho f. b. m. Sassi per hanc cartula pro anime mee remedium et anime predicti Sassi offero tibi ospitale, que est constructo infra civ. Luc. prope eccl. S. Alexandri et prope eccl. S. Martini et prope pusterula, qui d. S. Alexandrii, meam portionem de una petia de terra, q. est orto, cun cassina et curte et puteo in se abentes, que esse videtur in l. et fin. Tassingna(no), que: unum caput tenet in via plubica, aliut in terra Gerardi presb., latus unum in terra S. Stefani, aliut in terra de predicto ospitale. Competi michi hoctavam portionem. Offerere prevideor, ut ab odierna die de ipso ospitale et custode et rectore q. ibi ordinato fuerint, sin potestatem eam abendi et usunfructuandi. Sic perpetualiter predicta res et honnes pensiones seu censun, quos de ipsa Dominus dederint, sint ad usun et victun pauperun p(e)legrinorum euntiun et trans-euntiun. Non abeam potestaten nullus ep. neque nulla potesta predicta portio per libellun dare, neque alienare. Pena dupli. [Act. i]n l. et fin. Tassingnano. [S. m. Cjichi. [S. m.] Bonii f. b. m. Beriti t. S. m. Pagani f. b. m. Beriti t. [S. m. ...]ri f. b. m. Raineri t. S. m. Martini f. b. m. Beriti t. [Bonusfilius not. regis].<sup>1</sup>

*Originale: D. 85.*<sup>1</sup> *Il nome del not. si legge nella corroboratio.*

537.

*Paganico (Lucca), 20 Dicembre 1095.*

A. mxcv, XIII kal. ian., ind. iv. Nos Rolando f. b. m. Lei et Follia iugalibus filia b. m. Gamanelli, ego Follia com-semtientes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia Flaiperti iudex imp., ad quibus interrogata sum sequemter etdicti paginam, per hanc cartula venumdamus et tradimus tibi Rolando f. b. m. Pagani quatuor petiis de terris in l. et fin. u. d. a Quarto; una, q. est orto et campo cum cassina super se et regere et laborare videtur per Pagano et Bonio gg. ff. b. m. Pecci, que: unum caput tenet in via publica, aliud in terra Cristofani g. meo, lato uno in terra suprascripti Cristofani et in terra S. Salvatori de Sexto, aliud in terra filii qd. Ughi qd. Gomtini et in terra Iohanni; secunda, q. est campo, tenemtes: uno capo in terra S. Salvatori, aliud in terra tua et in terra Blanchi, lato uno in terra Bernardi g. meo, aliud in terra Benenati de l. Brancalo; tertia, q. est campo, tenemtes: uno capo in terra Pagani, aliud cum uno lato in terra suprascripti Bernardi, aliud latus in terra S. Reparate; quarta, q. est orto, tenemtes: uno capo in via publica, aliud cum uno lato in terra suprascripti Cristofani, aliud

latus in terra S. Salvatori de Sexto. Seo venumdamus et tradimus tibi nostra portionem de una petia de terra, q. est campo, in eodem l. Quarto, tenentes: uno capo in terra tua, aliud in terra S. Martini cum uno lato, aliud latus in terra suprascripti S. Salvatoris. De has petia competi mihi quartam portionem. Tibi eas venumdamus una cum omnibus casis et terris et rebus, quam abemus et detinemus in suprascripto l. et in eius fin. Recepimus meritum, arg. pro sol. **CXLIV** da Becto f. b. m. Dominichi pro persona tua. Pena dupli. Act. foris Luca in l. et fin. Paganico. S. m. iugalibus, Rolando coniux sua comsensit. Flaipertus iudex imp. interfui. S. m. Liuprandi f. b. m. Adami et Becti f. b. m. Dominichi tt. S. m. Lieti f. b. m. Iohanni t. Cumradus not. imp.

*Originate: R. 207. Cf. il reg. seguente.*

538.

*Paganico (Lucca), 20 Dicembre 1095.*

A. **MXCV**, XIII kal. ian., ind. IV. Nos Rolamdo f. b. m. Lei et Follia iugalibus filia b. m. Gamanelli, quia tu Rolamdo f. b. m. Pagani dedi nobis meritum Becto f. b. m. Dominichi, arg. pro sol. **CXLIV** pro persona tua, ego Follia consentientes mihi viro meo, per hanc paginam repromittimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, neque nos neque nostris heredibus intemtionare neque molestare nulla de quatuor petiis de terris, quas abis in l. et fin. u. d. a Quarto; una, q. est orto et campo cum cassina super se abemtes, qui et laborare videtur per Pagano et Bonio gg. ff. b. m. Pecci; secunda, q. est campo; tertia, q. est campo; quarta, q. est orto; neque de tuam portione de alia petia de terra, q. est campo, in suprascripto l.; tuam portionem quartam portionem, neque de omnibus casis et terris et rebus, quas abes in l. Quarto, quas tibi per cartula Cumradi not. imp. ex comparatione obveni ad nos ipsis. Pena: arg. lib. **xx**. Act. foris Luca in l. et fin. Paganico. S. m. Rolamdi et Follie, Rolamdo Follie comsensit.<sup>1</sup>

*Originate: N. 39.*

<sup>1</sup> Segue come nel reg. precedente; qui però manca la sottoscrizione di Flaipertus

539.

1095.

« Offersio ab Homodei qd. Barocchi de tribus portionibus unius petie de terra cum cassina et curte et orto insimul prope S. Columbanum et prope S. Allexandrum, que tenet: caput in via publica, alterum in orto hospitalis S. Martini, latus in terra Benenati, alterum in terra filiorum Gerardii. A. **MXCV** ».

*Regestum A, c. 26 v.*

540.

*Lucca, 31 Dicembre 1095.*

A. **MXCVI**, prid. kal. gianuarii, ind. **IV**. Manifestus sum ego Gerardus f. b. m. Inghi, quia tu Rolandus cl. de eccl. et canonica S. Martini Luc. civ. per cartulam libell. nom. ad cemsum etperexsolv. dedisti michi unam petiam de terra, q. est campo, in l. et fin. prope Salisciamo<sup>1</sup> et prope Roncho; predictam petiam pertinet suprascripte eccl.: unum caput tenet in terra et dimidia fossa de filiis qd. Uberti, q. fuit iudex,<sup>2</sup> aliud in terra et dimidia fossa Rustichi qd. Antonii et in terra et dimidia fossa de filii qd. Henrici, q. Pacchio voc., et in terra et dimidia fossa S. Donati, latus unum in terra et dimidia fossa qd. Guidonis da Petroio, aliud in terra quam detinet Gerardus et Ursus qd. Lunganeri; ut in mea Gerardo cl. et de meis eredibus sit potestate eam abendi et usumfructuandi. Tibi et ad subcessoribus tuis per omnem mensem aug. remdere debeamus de grano bono siccho sist. **IV** et de fave bone sicche sist. **IV**, ad sist. quartinum iustum venditorum de civ. Luc. Pena: arg. libr. **V**. Duo libelli. Act. Luca. Gerardus cl. ss. S. m. Boni f. b. m. Iohanni et Baroncioni f. b. m. Martini tt. S. m. Pipini f. Huberti, q. fuit iudex, et Martini et Ursi gg. ff. b. m. Boniti tt. Bernardus not. imp.

*Originale: E. 77; Regestum A, c. 33. Nel verso della carta, da mano del sec. XII: Appalo Gerardi cl. de Sartiano. Nel Reg. A: Pro Gerardo Uguicchio cl. pro quo Morectus de Sartiano, pro quo Ildebrandus, pro Ildebrando Rolandus qd. Addobati de Classo.*

<sup>1</sup> *Il Reg. A: prope Ronco et prope Salissimo*      <sup>2</sup> *Il Reg. A aggiunge: a quo fili Ma(la)prese et consortes*

541.

*Lucca, 15 Marzo 1096.*

A. **MXCVI**, id. mar., ind. **IV**. Nos Sismundo f. b. m. Balduini et Gloriecta iugalibus filia Hemrichi, quia tu Vilemus presb. et priore de ecl. et mon. S. Petri, qui est comstructo in l. et fin. u. d. Putheuli, dedisti nobis meritum, arig. pro sol. **CXXX**, ego Gloriecta comsemitemtes mihi vir meus, per hanc paginam repromittimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostris eredibus, tibi neque ad tuis supcessoribus intemtionare neque molestare nulla de una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. Rocta u. d. Campo di Albaro; neque de duos portionis de una petia de terra, q. est campo, in suprascripto l. et fin. Rocta; neque de tertiam portionem, q. est tres portionis de una petia de terra, q. est campo, u. d. a Ritundo, in suprascripto l. Rocta, quas tibi hodie per cartula Lamberti not. imp. ex comparationem obvenit ad nos ipsis. Pena: arig. lib. **XX** Act. Luca. S. m. Sismundo et Gloriecta, Sismundo comiux sue

comsemsi. Benedictus t. ss. [S. m. ...]lberti f. b. m. Benedicti et Rolamdi f. b. m. Lei et Bonomo f. b. m. Dominici tt. [S. m. ...]ri f. b. m. Fusschi t. [Lambe]rtus not. imp.<sup>1</sup>

*Originale: S. 28. Nel verso, da mano del sec. XI-XII: Cartula Sexti mundi filius Baldovini de terra de Paganico u. d. Rocta.*

<sup>1</sup> *Il nome del not. si legge per intero nella corroboratio.*

## 542.

*Lucca, 1 Novembre 1096.*

Notitia brevis ad memoriam abendam, qualiter infra urbem Luca prope eccl. episcopatui S. Martini, presentia bonorum hominum corum nomina super leguntur, Vuido f. b. m. Rolandi, q. fuit iudex, per fuste, quas in sua detinebant manu, investivit Rofridi archid. et Vuido presb. canonici de iamdicta eccl., eo ordinem, ut si iamdicto Vuido in illo itinere, in eo iturus est Ierusalem, sine f. masculino mortuo fuerit,<sup>1</sup> quod deinde in antea iamdictam eccl. et canonicam et presb. et diac. seo cl. q. ibi fuerint, abeant et detineant omnibus illis casis et cassinis seo casalinis, simulque terris et rebus cultis et incultis, quas abebat et detinebat in l. et fin. Massa Macinaria vel in aliis locis da iamdicta eccl.; et si in itinere mortuo fuerit et f. masculino reliquerit et ad legitimam etatem non venerit, quod deinde in antea qui ipse filio ante estate mortuo fuerit, iamdictam eccl. et predicti presb. et diac. seo cl. similiter abeant omnibus superscriptis casis etc. absque omni calumnia. Presentia: Antonii iudex sacri pal., Falconi causidicus, Huberti f. b. m. Ursi, Tieci f. b. m. Boddi, Rustichi f. b. m. Antonii, Lanberti f. b. m. Singoretti, Hugi f. b. m. Bolgari, Villani f. b. m. Henrigi, q. fuit cl., et alio Villano f. b. m. Macti, q. fuit cl. A. MXCVI, ipsa dies kal. nov., ind. v. Hubertus et Tiecius et Rustichus q. [ibidem fuerunt]. Lanberto et Hugo q. ibidem fuerunt. Villano et alio Villano q. ibidem fuerunt. Rodulfus not. imp.

*Originale: O. 59; Regestum A, c. 48 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII: De Guido avo Ricci.*

<sup>1</sup> *Il Reg. A aggitunge: quod non fuit factum*

## 543.

*(Non dopo il 1096?).*

« Libellum datum (a?) canonicis de orto qui est post eccl. S. Petri Maioris, qui est star. xvi. Item plures carte acquisitionis de predicto orto ab Urso qd. Cristofani ».

*Regestum A, c. 26 v. Cf. per la data il reg. seguente.*

## 544.

*1096.*

« Promissio Conradi et Lamberti et Bonifatii<sup>1</sup> gg. qd. Villani de non inquietando medietatem predicti orti,<sup>2</sup> qui tenet:

caput in terra filiorum Alberti Longi, alterum in terra S. Petri, quam detinebat Cigo cl., latus in terra filiorum Lamberti cl. et in terra de filiis Betthi Buthi et in terra predictorum gg., alterum latus in via publica. A. **MXCVI<sup>o</sup>** ».

*Regestum A, c. 26 v.*

<sup>1</sup> *Nel margine, da mano coeva: Hii sunt Vitingi.*    <sup>2</sup> *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

545.

*Lucca, 7 Febbraio 1097.*

A. **MXCVII**, vii id. febr., ind. v. Ego Rodulfus f. b. m. Rodulfi per hanc cartula vindo et trado tibi Pandulfus rectores adque custodes de ospitio, qui d. S. Martini, qui est constructum infra civ. Luc. prope eccl. S. Alexandrii, ad opus iamdicti ospitii, meam portionem de omnibus casis et cassinis seo terris et rebus in l. et fin. u. d. S. Angelo, qui d. in Cornuta et vocitatur in Canpo, et u. d. in Casale iusta predictam eccl., quas filii qd. Berti et Butraci cum suorum consortibus ad lab. abere et detinere videtur, et in l. et fin. Marilia u. d. a Colle et in eius fin. et sicut iamdictis terris et rebus per capitae et lateras invenitur esse. Recepit meritum, sigello uno de arg. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Rodulfi. S. m. Rainieri f. b. m. Bonie t. S. m. Huberti f. b. m. Mori t. S. m. Bonfilii f. b. m. Bonacti t. Rodulfus not. imp.

*Originale: G. 162. Cf. il reg. seguente.*

546.

*Lucca, 7 Febbraio 1097.*

A. **MXCVII**, vii id. febr., ind. v. Ego Rodulfus f. b. m. Rodulfi, quia tu Pandulfus rectores adque custodes de ospitium S. Martini, qui est constructum infra civ. Luca prope eccl. S. Alexandrii, dedisti mihi meritum, sigello uno de arg., per hanc paginam repromito tibi, pos trasacto illo constituto de illo tinore que in venditionis cartula legitur, qui ego in loco pingnoris feci et misi in persona tua, numquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, tibi neque tuo successores, intentionare neque molestare nulla de portionem de casis et terris seo rebus cultis vel incultis in l. et fin. u. d. S. Angelo, qui d. in Cornuta, et vocitatur in Campo u. d. in Casale iusta predictam eccl., quas filii qd. Berti et Butraci cum suorum consortibus ad lab. abere videtur, neque nulla de rebus qui esse videtur in l. et fin. Marilia u. d. a Colle, quas tibi per cartula Rodulfi not. imp. in loco pingnoris ex comparatione obvenit ad me ipso. Pena: arg. libr. x. Act. Luca.<sup>1</sup>

*Originale: G. 160.*

<sup>1</sup> *Segue come nel reg. precedente.*

547.

*Lucca, 7 Febbraio 1097.*

A. **M**XCVII, VII id. febr., ind. v. Ego Rodulfus f. b. m. Rodulfi per hanc cartula vindo et trado tibi Pandulfus rectores adque custodes de ospitium, qui d. S. Martini istius Luc., qui est constructum iusta eccl. S. Alexandrii, omnia ex omnibus casis et cassinis seo casalini simulque terris et rebus meis in l. et fin. Cumputo et in l. et fin. Massa Macinaria et in l. et fin. fini l. et fin. Sexto Maiore usque ad l. qui d. Paratiana et fini iamdicta Paratiana usque ad S. Quirico q. d. in Casale, et usque ad suprascripta Massa. Recepit meritum, sigello uno de arg. pro sol. LX. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Rodulfi. S. m. Huberti f. b. m. Mori t. S. m. Rainieri f. b. m. Bonie t. S. m. Bonifilii f. b. m. Bonacti t. Rodulfus not. imp.

*Originale: O. 70.*

548.

*Mammoli (Lucca), 25 Febbraio 1097.*

A. **M**XCVII, V kal. mar., ind. v. (Nos) Hurso f. b. m. Bonuci et Sassa iugalibus filia b. m. Albiti et Bonadom[n]a mulier Bernardi de fili predicti Ursi et filia b. m. Bertaldi, nos Sassa et Bonadomna consemtiemtes nobis [vi]ri nostri, et eidem vir meus que supra Bonadomna consemtiemtes sibi genitorem suus, ubi interesse videmus notitia de propimquis parentibus nostris, ego Sassa Simgnorecti g. meo f. suprascripti Albiti et Amgeli frater meus f. b. m. Boniti, et ego Bonado[m]na Bertaldelli g. meo et Ermighi comsubrino meo et f. b. m. Eldibramdi, ad quibus inter[rogat]e sumus sequemter [edicti paginam], per hanc cartulam pro anime nostre etremedium offerrimus tibi eccl. et mon. B. S. Petri, qui es posito in l. et fin. u. d. Pozeuli et prope Porcari, nostra portionem de una petia de terra, quod est vinea cum olive super se, in l. et fin. Vicho Moriani u. d. a Stabiano et vocitatur al Pero, et est tenemtes: uno capo in via plubicha, alio in terra de filii qd. Amdrēe, lato uno in terra Bonii nepote meo, q. supra Urso, alio in terra de filii qd. Petri da Vallechia. Competi nobis medietatem. Offerrere previdemus, ut ab odierna die in ipsis eccl. et mon. et de prigioris et presb. et diac. seo cl. q. in eccl. et mon. fuerint et officium Dei fecerint, in eorum sint in potestatem eas abemdi et usumfructuamdi. Pena dupli. Act. in l. et fin. Mammole. S. m. Hursi et Sasse, Urso comius sua consensi. S. m. Bonedomne. S. m. Bernardi viro Bonedomne consemtiemtes. S. m. Ursi genitorem Bernardi consemtiemtes. S. m. Simgnorecti et Amgeli Sasse interfuerunt. S. m. Bertaldelli et Ermighi Bonadomne interfuerunt. S. m. Bambi

f. b. m. Duodi et Falconi f. b. m. Amtonii tt. S. m. Leucci et Befucci de Casabasciana tt. Beraldus not. imp.

*Originale: F. 134.*

549.

1 Maggio 1097.

« Bonafilia<sup>1</sup> Moronta vendidit Luc. capitulo unam petiam terre cum casa super se, q. est in porta S. Cervasi. Manu Rodulfi not. A. m nonagesimo vii<sup>o</sup>, ipsa die kal. madii. Quam terram dicta Bonafilia sibi retinuit, ad reddendum exinde annuatim star. XII grani et XII fabarum. Manu eiusdem not. per eandem cartam ».

*Regestum B, c. 10. Cf. il reg. n. 552.*

<sup>1</sup> Segue qd. *espunto*.

550.

Lucca, 30 Novembre 1097.

A. MXCVII, prid. kal. dec., ind. VI. Nos Benenatus cl. f. b. m. Lanberti et Berta iugales filia b. m. Taeti, quia tu Pandulfus rectores adque custodes de ospitium S. Martini, qui est constructum infra urbem Luca prope suprascripta eccl. S. Martini et prope eccl. S. Alexandrii, dedisti nobis meritum, nusca una de auro (pro) sol. XLIII, ego Berta viro meo mihi consentientes et supter confirmantes, per hanc paginam repromitimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostris eredibus, tibi neque ad successoribus tuis, intentionare neque molestare nulla de una petia de terra, quod est vinea, in l. et fin. infra iudicaria de plebe S. Stefani u. d. a Colle, quas tibi per cartula Rodulfi not. imp. ex comparatione obveni ad nos ipsis. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Berte. Benenatus cl. ss. et coniugi meq; cons[ensi]. S. m. Martini f. b. m. Barucci et Bonii f. b. m. Rustichi tt. S. m. Martini f. b. m. Cristine et Cichi f. b. m. Prandi tt. S. m. Martini f. b. m. Hugeri et Caronci et Rodulfi gg. ff. b. m. Iohanni et Martini f. b. m. [... tt.]. Rodulfi not. imp.

*Originale: F. 17.*

551.

1097.

« Offersio Bonifatii<sup>1</sup> qd. Villani pro anima Ildebrandi qd. Ildebrandi Rossi, de una petia terre in Mugnano u. d. a Lama, q. est XXVII star., que tenet: caput in terra Bonoti qd. Salichieri et in terra Tadi, alterum in terra hospitalis S. Reparate et in terra S. Martini, latus in terra Fralminga, alterum in terra Landuini qd. Rodulfini not. A. Domini MXCVII ».

*Regestum A, c. 23.*

<sup>1</sup> Nel margine, da mano coeva: De Bonifatio Parente, de Parente Bonifatius, de Bonifatio Gualterottus, de Gualterotto Bonifatius et Malaparuta.

552.

1097.

« Promissio et obligatio Bonii qd. Moronti de reddendis XII star. grani et X fabarum de predicta terra<sup>1</sup> de Lama, unde obli-gavit domum suam predictus Bonius, quam abebat in porta S. Ger-vasii, supra murum civitatis. A. Domini MXCVII ».

*Regestum A, c. 23. Cf. il reg. n. 549.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.

553.

1097.

« Offersio a Roffredo<sup>1</sup> qd. Bonithe et Usanna coniuge eius de eorum portione de tribus petiis terrarum in Trentora prope plebem S. Pauli, de quibus competebat eisdem iugalibus de tertia parte tertia pars; quarum prima tenet: caput in via publica, alterum in semitula, latus in terra eorumdem iugalium et consortum, alterum in terra \* \* ; que est cultre tres; secunda ibidem, tenet: caput in via publica, alterum in semitula, latus in terra S. Reparate, alterum latus in terra (\* \* ).<sup>2</sup> A. Domini MXCVII ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 17.*

<sup>1</sup> *Nel margine, da mano coeva:* De isto sunt filii Pieri Roffredi et con-sorts. <sup>2</sup> *Il ms. aggtunge:* de tertia non notantur capita vel latera in carta.

<sup>3</sup> *Il ms. aggtunge:* De istis tribus petiis reddebantur olim a Petro qd. predicti Roffredi den. XII pro anima Usanne predice, ut in veteri roncinio inveni; set forte modo redditur inde blava, quia pensionem non habemus.

554.

Lucca, 14 Gennaio 1098.

A. MXCVIII, XIX kal. febr., ind. VI. Nos Flaipertus iudex inp., q. Donodei v., f. b. m. Flaiperi iudex, q. Amico fuit vocatus, et Aighecta iugalibus filia b. m. Cristofani, ego Ai-ghecta consentientes michi vir meus, ubi interesse videtur notitia Antoni iudex sacri pal., a quo interrogata sum sequ(e)nter etdicti paginam, per hanc cartula pro animabus nostre remedium et pro remedium genitori meo et genetricie mea et Guilielmi f. meo Flai-pertus, offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri, qui est constructo sito l. u. d. Potieuli, una cassina et res massaricias in l. et fin. Sugruminio u. d. Filecture, qui regere videtur per Lamberto mas-sario; ut ab odierna die in ipsius eccl. et mon. et de priore et monaci q. ibi pre tempore ordinati fuerint et ibidem officium Dei fecerint, in eorum sint potestatem suprascriptas res abendi et usum-fructuandi. Non abeam potestatem nullus ep. neque nulla potestas suprascriptas res alienare. Pena dupli. Act. Luca. Flaipertus iudex et missus imp. (ss.) et coniugi mee consensi. S. m. Aighecta. Antonius iudex sacri pal. interfui. S. m. Henrichi f. b. m. Mactio-

lin(i) et Martini f. b. m. Andree et Mundino f. b. m. Non vollie  
tt. Bentius not. regis.

*Originales*: I. 47.

555.

*Lucca, 10 Febbraio 1098.*

A. MXCVIII, iv id. febr., ind. vi. Ego Morectus f. b. m. Hugi, quia tu Cecia mulier Alberti et filia Singnoretii dedit mihi meritum suprascripto Singnoretto, anulo uno de auro pro sol. LXXX pro persona tua, per hanc paginam repromoto tibi, ut nunquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, tibi neque ad eredibus tuis intentionare neque molestare nulla de una petia de terra tua, quod est campus, in l. et fin. Ronco, quas tibi per cartula Rodulfi not. imp. ex comparatione obvenit ad me ipso. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Morecti. S. m. suprascriptorumdem Singnoretii f. b. m. Bonacci et Rolandi f. suo tt. S. m. Bonefati f. b. m. Villani t. S. m. Roselmi f. b. m. Morecti, q. fuit not., t. Rodulfus not. imp.

*Originales*: E. 114. *Nel verso, da mano del sec. XII: Cartule de terra de Ronco et in Sorbano Lei iudicis.*

556.

*Lucca, 7 Luglio 1098.*

A. MXCVIII, non. iul., ind. vi. Manifestu sum ego Fridiano f. b. m. Fridiani, quia vos Rofridi archid. et Huberto archipresb. et Henrico presb. et cantor et Rotio cl. et priore et Rusticho presb. seu Teutio diac. et Ildebrando supdiac. canonici de eccl. episcopatui S. Martini, qui est constructa infra urbem Luca, per cartula libell. nom. ac censum et per exsolv. dediste mihi una petia de terra cum casa solariata super se a petre et a calcina seo arena constructa esse videtur, qui esse videtur infra urbem Luca prope eccl. S. Reparate, pertinentes eccl. et canonica vestra, tenentes: uno capo in terra et curte S. Martini, alio in terra et dimidio muro de casa Oddi, lato uno in terra et casa S. Martini, quas Hugacione g. meo da vobis abere videtur, sicut ibi singna esse videtur, alio in terra et classo Vuidi qd. Martini, sicut ibi singnum esse videtur. Et libell. nom. dediste mihi medietatem de suprascripta curte, tenentes: uno capo in via publica et aliquantulo de ipso capo in terra de filia qd. Pepulini, alio in terra suprascripti Vuidi et in terra et casa quas mihi supra dedisse, et in terra et casa Hugacioni, quas da vos detinere videtur, lato uno in terra et classo communale Bone<sup>1</sup> qd. Lanberti et mulier qd. Cinami, alio in terra et classo communale et in terra de filia qd. Pepulini. Mihi eas dediste, ut in mea vel de meis eredes sin potestatem eas abendi et usumfructuandi; eo tenore, ut si mihi vel ad

meos eredes oportum fuerit ad venumdamdum iamdictis rebus, et vobis vel successoribus vestris ascire facere debeamus, et infra dies xxx proximi qui nos vobis ascire fecerimus, vos nobis tamtum pretium dare volueritis et dederitis, quantum da alios homines per veritatem abere potuerimus, minus sol. x, quod libello vobis renderemus, et securitatem vobis faciamus, ut ullam intentionem vel molestiam exinde abeat; et si vos ita facere volueritis infra predicto constituto, et nos taliter non fecerimus, deinde in antea non sit mihi neque ad meos eredes iamdictis rebus alienare, et a partem eccl. vestre devertere debeant, et libello nullus obtineat in se robore; et si infra constituto vos tamtum pretium dare nolueritis, quantum da alios abere potuerimus, minus sol. x, quod deinde in antea licentiam sit nobis predictas res venumdandi. Vobis vel ad successoribus vestris per omne mense iun. rendere debeamus, hic civ. Luca, in iamdicta canonica, arg. den. xxx de moneta de Luca. Pena: arg. libr. x. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Fridiani. S. m. Angeli f. b. m. Boni et Vuidi f. b. m. Paganolfi tt. S. m. Lanberti f. Antonii t. S. m. Cichi f. b. m. Baccari t. Rodulfus not. imp.

*Originale: N. 95.*

<sup>1</sup> *Così l'orig.*

557.

*Lucca, 3 Ottobre 1098.*

A. MXCVIII, v non. hoct., ind. VII. Ego Adaleita<sup>1</sup> relicta b. m. Gherardi et filia b. m. Lieti, consentientes michi Ildebrando et Enrico gg. ff. predicti b. m. Gherardi, mundualdi mei, per hanc cartula pro anime mee remedio et pro remedio anime b. m. Gherardi, q. fuit vir meus, offero tibi eccl. et canonica S. Martini, que est constructa in civ. Luca, quartan portionen de tribus portionibus de honnibus casis et cassinis seu casalinis simulque terris et rebus cultis et incultis, donicatis et massariciis in l. et fin. Rogano et vocatur Montesicchio. Similiter offero quartan portionem de mean portionen, q. est medietas quarte portionis, de duabus petiis de terris infra iudicaria de plebe S. Stefani.<sup>2</sup> Seu offerrere videor quartan portio(nem) de quinque petiis de<sup>3</sup> terris, una etc.<sup>2</sup> Sunt ad pert. mensuratas etc.<sup>2</sup> Offerrere videor, ut ab odierna die presb. et diac. seu cl. q. ibi canonice ordinati fuerint et officium Dei fecerint, in eorum sin potestaten eas abendi et usunfructandi. Non abeat potestaten [nul]lus ep. neque nulla potestas suprascriptas res alienare. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Adaleite. S. m. Ildebrandi et Enrichi Adaleite consentientes. S. m. Benedicti f. b. m. Rustichi et Gottefredi f.

b. m. Lieti et Vuidi f. b. m. Gherardi tt. Bonusfilius<sup>4</sup> not. regis.

*Originale: F. 49; Regestum B, c. 75.*

<sup>1</sup> Il Reg. B ha: Adalecta f. Lieti    <sup>2</sup> Segue come nel reg. n. 528. Qui si ha: a la Ripaia, Beriti f. Barucci, Albitie et sue filie, Martini f. b. m. Pagani, in Bagnolo, e generalmente caput, latus, alius (caput, latus).    <sup>3</sup> Il passo quartam portio(nem) de quinque petitis de è scritto su rasura.    <sup>4</sup> Il Reg. B ha: manu Boni not.

558.

Lucca, 16 Novembre 1098.

Brevis [ad memoriam abendam], qualiter infra urbem Luca, intus canonica de eccl. episcopatui [S. Martini, presentia bonorum] hominum eorum nomina super leguntur, Willielmus f. b. m. Homodei [per fustem, quem in sua] detinebat manu, tradidit adque reflutavit et finem fecit in manum Rofridi archid. [S.] Martini pro anime sue remedium et pro remedio anime b. m. Mardore, qui fuit uxor eius, de[cassinis et] rebus massariciis in 1. et fin. Waccule u. d. S. Maria [...] pertinentes eccl. et canonica, cum earum pertinentiis et iacemtiis, quas Urso massario [cum consortibus (?)] suis et Baroncio ad lab. ad manum suorum abere et detinere videtur; et ipse Willielmus abere et detinere videbatur per libellum da parte Gherardi cl. et olin canonico iamdicte eccl. S. Martini et f. b. m. Andree, ad pensionem redendum iamdicti Gherardi cl. per omnem mense aug. den. XII Luc. civ. Si Willielmo vel suos eredes Rofridi aut presb. et diac. [seu] cl. q. in dicta canonica fuerint, de quod supra scriptum est, intentionaverint aut molestaverint, conponere debeant ad presb. et diac. seo cl. q. in canonica pre tempore fuerint et ibidem communem vitam duxerint, penam arg. libr. x. Unde Rofridi fecit Willielmo launechild et meritum, anulo uno aureo pro refutationem seo suorum sponzionem confirmandum iusta legem, presentia: [...] causidicus qd. Tegrimi iudicis, Ildebrandi f. b. m. Petri, [...] algari f. b. m. Hugi, Giandulfi f. b. m. Singnorecti, et reliquis. A. [M nona]gesimo VIII, XVI kal. dec., ind. VII. Tedalgo (?) ibidem fui, [...] [...]. Rodulfus not. imp.

*Originale: E. 35; Regestum A, c. 46. Il Reg. A: Refutatio Guillielmi fratris Allegretti qd. Homodei qd. Barocchi de duabus massariciis in Scopiccio u. d. al Prato prope S. Mariam de Scopiccio; que recte fuerunt per Ursu[m] massarium et consortes et per Baruncium massarium; quas detinebat per libellum XII den. ex parte Gerardi canonici S. Martini.*

559.

(1098?).

« Refutatio Ursi predicti<sup>1</sup> de predictis masiis ».

*Regestum A, c. 46.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.

560.

*Lucca, 1 Gennaio 1099.*

A. **MXCIX**, ipsa die kal. ian., imd. **XIII.<sup>4</sup>** Ego Angelo f. b. m. Bonii per anc cartula vimdo et trado vobis Enrico et Bonaldo presb. canonici et rectores de eccl. et canonica S. Martini una petia de terra, q. est campo, in l. et fin. Surbano, que d. Lei iudicis, et tenet: unum caput cum uno latere in terra Cristofani, aliud caput in via, aliud latus in terra Rainieri g. meo, sicut intermedio singna et termina esse videtur. Seo vimdo et trado vobis meam portionem de una petia de terra cum casa solariata super se a petre et a calcina seo arena comstructa esse videtur infra civ. Luca u. d. Arco prope eccl. S. Cristofani, et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in curte comunale, aliud latus in terra et dimidio muro de casa qd. Bonii. De hanc petia, cum casa super se, competimi hi quartam portionem. Recepit meritum, anulum unum aureum. Pena dupli. Act. Luca prope eccl. et in canonica S. Martini. S. m. Angeli. S. m. Ildebramdi g. suprascripti Angeli et f. b. m. Bonii t. S. m. Sisemundi f. b. m. Balduini t. S. m. Lamberto f. b. m. Simgnorecti t. Hugo not. imp.

*Originale: E. 94. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Hugo: Ista cartula est facta in eo tinore, ut si ego Amgelo hab ac die in an[te] adulterium aut fornicationem fecero cum Adalegita, q. fuit uxor qd. Bonii et filia b. m. Gheti, aut si locutos fuero cum ipsa [sine?] testibus, qui bonum ad malo bene discernere possint, vos Enrico et Bonaldo et vestris successores suprascriptas res [...] ad p[ar]tē canonice eccl. S. Martini proprietario nomine eas abere seo fruere debeatis; et si taliter opservavero, sicut superius legitur, dum vita mea fuerit, post meum obitum ista cartula sit inanis et casata permanead, quod in se nullum optineat roborem nec firmitatem.*

<sup>1</sup> *Nel gennaio 1099 correva l'ind. VII.*

561.

*23 Gennaio 1099.*

« Benedictus qd. Iohannis reddere tenetur annuatim Luc. capitulo star. **XXIII** musti, ad anticu quartinum. Manu Ildebrandi not. (A.) **M<sup>o</sup>LXXXX<sup>o</sup>VIII**, **x<sup>o</sup>** kal. februarii ».

*Regestum B, c. 24.*

562.

*Cerreto (Lucca), Giugno 1099.*

Notitia brevis ad memoriam abendam, qualiter in l. et fin. Cerreto prope burgo de Montemagno et prope castro quod incep- tus erat edificandum in l. et fin. u. d. Riscitulo, presentia bonorum hominum eorum nomina super leguntur, propter hanc litem et illam controversia q. orta erant inter canonici de eccl. S. Martini Luc. civ. et casa Vuidonis f. Ildebrandi et Ildibrandini f. eius, propter illam rapinam et predam seo asaltum, quas hominibus de casa Vuidonis et Ildibr(an)dini f. eius sepe facie-

bant ad hominibus de curtibus de canonici S. Martini de l. et fin. Massagrosi et Riscetulo et Vualdo et Montisciana propter ipsas iniurias seo maleficia quas ipsis faciebant, iandicti preclari canonici robustissime et onestissime ascenderunt in l. Riscetulo ad castrum ibidem edificandum et cuperunt fortissime mirifice edificare castrum et has magnas monitiones ad deponendas has magna contumacia, quas hominibus de casa Vuidonis et Ildibrandini ad hominibus S. Martini facere solebant. Propter hanc causam fidelibus de casa Vuidonis et Ildibrandini cuperunt rogare et multum supliciter deprecare et se ipsis in omnibus umiliare adversus canonicos et eorum fidelibus et amicis nec non et domina Mactilda comitissa seo marchionissa, qui eodem tempore iusta civ. Luca, causa iustitie faciendam, morabatur, ut castrum de Riscetulo destruantur, eo vero modo, ut amplius iandictis maleficiis ad hominibus (S.)<sup>4</sup> Martini de predictis locis amplius non sustineantur cum firmitatem et securitatem per sacramenta, quas hominibus de l. Montemagno et de eius burgo<sup>2</sup> ad canonici et ad hominibus de predictis locis et curtibus fecerunt, sicut super scriptum est et fidelibus Ildibrandini per pignora de alodo canonici sicuraverunt, sicut in eadem cartule legitur. Tunc canonici, auditas dulces deprecationes Matilde et fidelibus Ildibrandini, declinaverunt aures ad preces et iusserunt, ut castrum de Riscetulo destruantur. Tunc hominibus de Montemagno, corum nomina sunt: tres filii Vuillielmi, Bellincione qd. Martini, Albertino qd. Albiti, Carbone qd. Georgi, Albertino qd. Cuniti, Bello qd. Boniti, Albertino et Bello qd. Lupi, Carecto qd Ceci, Bonaccio qd. \* \*, Vualandello f. Iohanni Folli, Bucho qd. Pepi, Bondie qd. Bondii, Signorecti qd. Cuniti, Moro cl. et Berardo et Henrico gg. qd. Ildebrandi, Bello qd. Mondi, Iohanni qd. Bonii, Hugo qd. Ceci, Alberto da Friano; hi omnes ore proprio iuraverunt ad s. Dei evangelia, quod: Ab ac ora in antea dum vixerim studiose non offendam neque offendere faciam, neque de habere, neque de persona in rebus B. S. Martini et canonicorum eius seo clericorum, que sunt ad strada Montemagni usque ad mare et ad loco qui dividit res B. S. Martini inter Fabianula et Vualdum usque ad castrum, que d. Pedoni, et si offendero, infra dies xxx qui mihi ascire feceritis vos vel vestris missus vel ille cui iniuria facta fuerit, si de habere, emendabo idem vel idem valens, si de persona, ita quod inde requiescere possit, nisi remanserit per eius parabolam cuius iniuria vel damnum factum fuerit que sit sine aliqua violentia, et si aliquis de virtutis Montismagni offenderit de predictis rebus infra predictos terminos, emendare faciam, si potuero, sicuti predictum est, sine meo abere dando usque ad illum diem co Ildibrandinus

faciet hanc eandem securitatem vel cum sacramento vel pignore L librarum de alodio infra curtem de Luca. Malum meritum non reddam, neque rendere faciam alicui homini propter illo facto, qui canonici in Riscetulo fecerunt vel fieri fecerunt, et non ero in consilio neque in facto, quod hoc castrum redificetur contra voluntatem omnium canonicorum S. Martini vel maioris partis, et non ero in consilio neque in facto quod homines de Riscetulo faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi nisi de illis offensionibus, quas facient infra castrum Montemagno foris de Riscetulo et Vualdo et Montisciana. Et si illis foras castrum et burgo de Montemagno offenderit se inter se non de rebus predicte curtis, non ero in consilio neque in facto, ut faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi. Et non ero in consilio neque in facto, quod homini S. Martini de Montisciana faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi. Et per me non remanebit neque per meum ingenium, escepto meo habere dando, quod Ildebrandinus f. Vuidonis non faciam eandem securitatem de supradictos rebus, quas ego iuro per sacramentum vel per pignus L. libr. de alodio infra curte de Luca, postquam ad etatem evenierit, infra unum annum postquam requisitus fuerit. Hec omnia observabo, nisi canonici seu cl. S. Martini vel aliquis homo per illos non incipient redificare castrum de Riscetulo contra voluntatem Ildibrandini vel illius eredibus. Hoc factum est in presencia: Iohanni iudex, Fraolmi causidicus, Rainieri not., Lanberti qd. Vuillani, Germondi qd. Hugi, Pagani qd. Rainieri, Farolfi f. Belloni, Ildebrandi f. Vuidi, Hugi qd. Homodi, Vuidi qd. Porcelli, Rosselmi qd. Morecti, Benedicti qd. Macioni, Boni qd. Cristine, et reliqui plures. A. mxcix, mense iun., ind. vii. Lanberto et Germondo et Pagano et Farolfo et Ildebrando et Hugo et Vuido et Rosselmo et Benedicto, q. ibidem fuerunt. Rodulfus not. imp.

*Copia del sec. XIII, di Iacobus imperialis aule iudex et not.: R. 175. Fiorentini, Memorie di Matilda, 2<sup>a</sup> ed., app. 152; Muratori, Antiq. It., IV, 733; Cianelli, Mem. e doc. III, 207 estr.; Bertini, Atti della R. Accad. II, 127 estr.*

<sup>1</sup> La carta ha • •    <sup>2</sup> Segue ripetuto burgo

563.

*Cerreto (Lucca), Giugno 1099.*

Notitia brevis ad memoriam abendam, qualiter in l. et fin. Cerreto prope l. et fin. qui d. Riscetulo, presentia bonorum (hominum quorum) nomina super leguntur, Moro cl. f. b. m. Ildebramdi de l. et fin. Montemagno per fuste, quas in sua detinebant manu, tradidit adque refutavit in manu Roffridi archid. de eccl. et canonica S. Martini duo casis et rebus massariciis in

l. et fin. Corsanicho, pertinemtes iamdictie eccl., una, quas Grimaldo massario cum g. suo ad lab. abere videtur, alia, quas qd. \* \* massario ad lab. abuit, et modo per filii sui et uxor sua abere videtur. Se postposuit et refutavit et finem fecit et insuper spopondit se ipse Moro adversus Roffredus vel ad successoribus suis canonici, quod (si) ipse Moro vel suos eredes aut Saracino et Peringnano gg. et nepotibus suis et ff. b. m. Hugi, q. fuit g. suo q. supra Moro cl., per consilio Mori cl., vel per personam sumissa a se, de iamdictis casis et rebus cum earum pertinentiis et iacetitiis Roffridi vel suos successores vel aliquem ex canonici intentionaverint seu molestaverint, et contenti non permanserint, conponere debeant penam arg. libr. x. Unde Roffridi fecit Mori launechild et merito, anulo uno aureo pro ipsa traditione seo suorum sponsonem confirmandum iusta lege, presentia: Iohanni iudex sacri pal., Fralmi causidicus, Lanberti f. b. m. Villani, Raineri not. imp. da Farneta, Germondi f. b. m. Hugi, Pagani f. b. m. Raineri, Farolfi f. Belloni, Ildebrandi f. b. m. Vuidi qd. Sifridi, Hugi qd. Homodei, Pagani f. b. m. Raineri, Benedicti f. b. m. Maccioni, Boni f. b. m. Cristine, et reliqui plures. A. **MXCIX**, mense iun., ind. vii. Lanberto et Germondo et Pagano q. ibidem fuerunt. Farolfo et Hildebrando et Hugo q. ibidem fuerunt. Pagano f. b. m. Raineri et Benedicto et Bono q. ibidem fuerunt. Rodulfus not. imp.

*Originale: C. 38.*

564.

*Lucca, 1 Giugno 1099.*

A. **MXCIX**, ipsa die kal. iun., ind. vii. Ego Hubertus f. b. m. Vuidi, q. fuit not., per hanc cartula vindo et trado vobis Hubertus archipresb. et Roffridi archid. et omnibus presb. et diaec. et supdiaec. seo cl. canonici de eccl. S. Martini, qui est constructa infra urbem Luca, meam portionem de cassina et res massarieas in l. et fin. u. d. Ponte Arsicio, quas Marcho massario ad lab. abere videtur. Conpeti mihi medietatem. Recepit meritum da Bonio presb. et canonico iamdictie eccl., anulum aureum prose et pro personis Huberti et Roffridi et predictorum canonico-rum. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Huberti. S. m. Vuinetoni f. b. m. Lei et Gottifridi f. suo tt. S. m. Pipini f. b. m. Huberti iudicis et Germondi f. b. m. Hugi et Cristofani f. b. m. Hemmi tt. Rodulfus not. imp.

*Originale: B. 62. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso Rodulfus: Ista cartula est facta in eo tenore, quod: Ab ac ora in antea usque ad tempus quod Ildibrandinus f. b. m. Vuidi ad legitimam etatem evenerit et illam securitatem, que super in hoc tenore legitur, fecerit, ego Hubertus studiose non offendam neque offendere faciam neque de abere neque*

de persona in rebus B. S. Martini et canonicorum seo clericorum, que sunt ad st(r)ada Montemagni usque ad mare et ad loco, qui dividit res B. S. Martini inter Fabianula et Vualdum, usque ad castrum, que d. Pedoni; si offendero, infra dies xxx qui mihi scire feceritis, vos vel ad vestris missus vel ille homo cui iniuriam facta fuerit, sive de abere, emendabo idem vel idem valens; si de persona, ita quod exinde requiescere possit, nisi remanserit per eius parabolam, cuius iniuria vel dannum facta fuerit, que sit sine aliqua violentia. Et si quis de curtis Montismagni offenderit de predictis rebus, infra predictos terminos emendare faciam, si potuero, sicuti predictum est, sine meo abere dandum usque ad diem, co suprascripto Ildebrandinus faciam hanc eandem securitatem vel per sacramentum vel per pingnore L libr. valentium den. Luc. monete de alodio infra curte de Luca. Malum meritum non redam neque rendere faciam alicui homini per illo facto, qui canonici S. Martini in Riscetulo fecerunt, vel fieri fecerunt, et non ero in consilio neque in facto, ut castrum de Riscetulo redificientur contra voluntatem omnium canonicorum S. Martini vel maioris partis: et non ero in consilio neque in facto, ut homines de Riscetulo faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi, nisi de offensionibus quas facient infra virtutes curtis Montemagno foris de Riscetulo et Vualdo et Montisciana, et si illis foras castrum et burgo de Montemagno offenderit se inter se, non de rebus supradicte curtis, non ero in consilio neque in facto, ut faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi. Et non ero in consilio neque in facto, quod homines S. Martini de Montisciana faciant placitum per aliquem hominem de casa Vuidonis qd. Ildebrandi. Et ego per bonam fidem fare facere abeo iamdicti Ildibrandini f. iamdicti Vuidi eamdem securitatem de predictis rebus S. Martini, qualiter supra legitur, per sacramentum vel per pingnus L libr. de alodio infra curte de Luca, postquam Ildibrandinus ad legitimam etatem evenerit, infra unum annum postquam requisitus fuero. Hec omnia per bonam fidem osservabo et iamdicti Ildibrandini osservare facere abeo et hec cartula sit innanis et incassata permanead. Et si ego et Ildibrandinus infra predictum constitutum taliter non fecerimus, quod deinde in antea suprascriptas res a proprietario nomine abeant et detineant eccl. S. Martini et presb. et diac. seo cl. iamdictae eccl. *Nel verso, da mano del sec. XI-XII: Pignus Uberti qd. Guidi qd. Sifredi; segue, d'altra mano del sec. XII-XIII: de terra de Ponte Arsicio; pot, d'altra mano pure del sec. XII-XIII: iuxta S. Mariam ad Collem, vel ad Nothanum. Cf. il reg. n. 562 e il reg. seguente.*

565.

Lucca, 1 Giugno 1099.

A. mxcix, ipsa die kal. iun., ind. vii. Ego Hubertus f. b. m. Vuidi, q. fuit not., quia vos Hubertus archipresb. et Roffridi archid. et omnibus presb. et diaec. et supdiac. seo cl. canonici de eccl. S. Martini Luc. dedit mihi meritum Bonio presb. canonico, anulum unum aureum pro te<sup>1</sup> et pro personis de canonici, per hanc paginam repromoto vobis pos trasacto illo constituto de illo tenore, que in illa venditionis cartula legitur, qui in loco pingnoris feci et misi in personis vestris, ut numquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, vobis intentionare neque molestare nulla de medietate de cassina et res massaricias cum sua pertinentia et iacentia in l. et fin. u. d. Ponte Arsiccio, quas Marcho massario ad lab. abere videtur, quas

vobis per cartula Rodulfi not. imp. in loco pingnoris ex comparatione obvenit ad me ipso. Pena: arg. libr. xx. Act. Luca.<sup>2</sup>

*Originale: B. 102. Nel verso, da mano del sec. XI-XII: Repromissio ab Uberto f. Sigifredi in Ponte Asicio; quere ubi diligenter.*

<sup>1</sup> Così l'orig. per se   <sup>2</sup> Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. precedente.

566.

*Lucca, 1 Giugno 1099.*

A. mxcix, ipsa die kal. iun., ind. vii. Ego Roselmo f. b. m. Morecti, q. fuit not., per hanc cartula vindo et trado vobis Hubertus archipresb. et Roffridi archid. et omnibus presb. et diac. et supdiac. seo cl. canonici de eccl. S. Martini, qui est constructa infra urbem Luca, meam portionem de duo petiis de terris, quod sunt canpora, in l. et fin. u. d. S. Angelo, qui d. in Cornuta et vocitatur in Canpo, qui detinunt filii de lo Scario cum suorum consortibus, manentibus meis. Sunt inter anbo ad pert. mensuratas mod. iii. Conpeti mihi tertiam portionem. Recepit meritum da Bonio presb. et canonico eccl. S. Martini, anulum unum aureum pro se et pro personis Huberti et Roffridi et predictorum canoniconum. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Rosselmi. S. m. Vuictoni f. b. m. Lei et Gotifridi f. suo tt. S. m. Pipini f. b. m. Huberti iudicis et Germondi f. b. m. Hugi tt. Rodulfus not. imp.<sup>1</sup>

*Originale: G. 172; Regestum B, c. 51.*

<sup>1</sup> Dopo la sottoscrizione del not. segue come nel reg. n. 564, facendo Roselmo la stessa promessa fatta da Hubertus.

567.

*Lucca, 1 Giugno 1099.*

A. mxcix, ipsa die kal. iun., ind. vii. Ego Bonaldo f. b. m. Vuidi, q. fuit iudex, quia vos Hubertus archipresb. et Roffridi archid. seo omnibus presb. et diac. et supdiae. seo cl. de eccl. et canonica S. Martini, qui est constructa infra civ. Luca, dedit mihi meritum Bonio presb. canonico iamdictae eccl., anulum unum aureum pro se<sup>1</sup> et pro personis de iamdicti canonici, per hanc paginam repromito vobis post trasacto illo constituto de illo tenore, que in illa venditionis cartula legitur, qui ego in loco pingnoris feci et misi in personis vestris, ut numquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, vobis canonici intentionare neque molestare nulla de una petia de terra, quod est canpo, in l. et fin. Suburbano, qui d. Lei iudex, quas vobis per cartula Rodulfi not. imp. in loco pingnoris ex comparatione obvenit ad me ipso. Pena: arg. libr. xx. Act. Luca. S. m. Bonaldi. S. m. Vuictoni.<sup>2</sup>

*Originale: E. 119.*

<sup>1</sup> L'orig. ha: te corretto da se   <sup>2</sup> Segue come nel reg. precedente.

568.

1 Giugno 1099.

« *Ubertus et Goctifredus gg. ff. qd. Ghiandulfi not. vendiderunt Luc. capitulo unam petiam terre positam in Capo di Prato, qui d. Marchionis. Manu Rodulfi not. (A.) m<sup>o</sup>nonagesimo nono, ipsa die kal. iunii ».*

*Regestum B, c. 51.*

569.

1 Giugno 1099.

« *Gerardus qd. Uberti vendidit Luc. capitulo omnes casas et massaritas et res alias, quas habebat in confinibus Nossani, quas tenet Bellisai. Manu Rodulfi not. (A.) m<sup>o</sup>nonagesimo nono, ipsa die kal. iunii ».*

*Regestum B, c. 51.*

<sup>1</sup> Il ms. aggiunge: Cum quibus duabus suprascriptis cartis (cf. il reg. precedente) sunt due alie carte simul plicate.

570.

(1099?).

« Venditio Gerardi qd. Lamberti de terra, u. d. a Prunulo, sub conditione pro facto de Risceturo; quam tenuit Sassulinus ».

*Regestum A, c. 47 v. Per la data cf. i regesti nn. 562, 564, 566.*

571.

*Borgo S. Frediano (Lucca), 14 Giugno 1099.*

A. MXCIX, XVIII kal. iul., ind. VII. Ego Pagana mulier Ardiccioni et filia b. m. Gomtulini, comsemtiemtes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia Seniorecti iudex imp., ad quo interrogata sum sequemter etdicti paginam, per anc cartula vendo et trado tibi Vuillielmo f. b. m. Pepi omnibus cassinis et terris et rebus meis cultis et incultis in l. et fin. u. d. in Cavalliana et in l. u. d. in Greppo et in l. u. d. a Cumgnamosci prope suprascripto l. Greppo, et in l. u. d. a Ritumduto et in l. u. d. a Schetulo, quam detinet Rusticus massario,<sup>1</sup> quas mihi pertinere videtur per cartula donationis, quas in me feci genitor meus et Palia genitrix mea. Recepit meritum, nusca una de auro pro sol. DCLXXX. Pena dupli. Act. foris Luca, in burgo qui d. S. Frigiani. S. m. Pagane, Ardiccione coniux sua consensit. Seniorectus iudex imp. interfui. S. m. Roberti et Pacci gg. ff. b. m. Gogi tt. S. m. Rolamdi f. b. m. Beeti et Vuidi f. Tegrimi tt. Cumradus not. imp.

*Originale: Q. 144. Nel verso, da mano del sec. XII-XIII: In Capanore.*

<sup>1</sup> Il passo quam detinet Rusticus m(assario) è scritto su rasura, (m)assario è nell' interlineo.

572. *Borgo S. Frediano (Lucca), 14 Giugno 1099.*

A. mxcix, xviii kal. iul., ind. vii. Nos Ardiccione f. b. m. Seniorelli et Pagana iugalibus filia b. m. Gomtulini, quia tu Vuillielmo f. b. m. Pepi dedisti nobis meritum, nusca una de auro pro sol. DCLXXX, ego Pagana comsemtiemtes mihi viro meo, per hanc paginam repromittimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec nos neque nostris ereditibus, tibi neque ad ereditibus tuis intemtionare neque molestare nulla de omnibus cassinis et terris et rebus cultis et incultis, quas abes in l. et fin. u. d. in Cavalliana etc.;<sup>1</sup> quas tibi per cartula Cumradi not. imp. ex comparatione obveni ad me ipsa Pagana, comsemtientes mihi viro meo, et notitia Seniorecti iudex imp. Pena: arg. libr. L. Act. burgo que d. S. Frigiani. S. m. iugalibus, Ardiccione comiux sua consensit.<sup>2</sup>

*Originate: Q. 143.*

<sup>1</sup> Segue come nel reg. precedente. <sup>2</sup> Segue come nel reg. precedente; qui però manca Seniorecti i. i. i.

573. *Lucca, 17 Giugno 1099.*

